



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

November.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48281)



NOVEMBER

L.

Festum omnium Sanctorum.

Beati, qui habitant in domo tuâ Domine, in secula seculorum laudabunt te. Ps. 83.

1. **C**onsidera, quàm pulchrum oporteat esse Paradisum, dum ipse est *Domus Domini*. Quanto major est Princeps, tantò sumptuosior esse convenit, & splendidiorem domum, in qua habitat. & ideo quæ possit inveniiri domus melior istâ, quæ præbet diversorium Principi, qui est maximus omnium, *Dominus dominantium*? Quinque sunt dotes, quæ domum aliquam reddunt perfectam: Magnitudo, dispositio, pulchritudo, opulentia, amœnitas. ista verò ubi magis inveniantur unitæ simul, quàm in Domo DEI: nôsse cupis magnitudinem? nec concipere quidem potes mente tuâ in decillâ, nedum comprehendere. *O Israel, quàm magna est domus DEI.* Baruc. 3. v. 24. an dispositionem? hanc ipse Christus optime insinuavit, cum dixit: *In domo Patris mei mansiones multe sunt.* Jo. 14. v. 2. dum quisque scit, id quod maximè tollit confusio- nem in ædibus Magnatum, esse multi-

plicitatem mansioñum. an pulchritudinem? satis est ad excitandum ejus amorem vel unus obrutus, quantumvis è longinquo factus, quanto scilicet terra nostra à cælo distat intervallo. *Domine dilexi decorem domus tuæ.* Ps. 25. v. 8. an opulentiam? Quisquis vult veras opes, eò vadat necesse est, ut inveniat. *Divitia in domo ejus.* Ps. 111. v. 3. extra eam, quidquid habemus, paupertas est, non opulentia. an amœnitatem denique? scias sanè, domum illam divinam non tam esse domum, quam hortam deliciarum amœnissimum. ideo Paradisus vocatur. *In deliciis Paradisi DEI fuisti.* Ezech. 28. v. 13. En igitur, an non gravem haberit causam Pfaltes Regius exclamandi: *Beati, qui habitant in domo tuâ Domine.* & quæ demum illa domus est, quæ te vel hoc solo beatam reddat, quòd eam inhabites? an domus Magnatum? an Principum? nequaquam. imò in iis sæpe inferiores, quàm in domo

OVEM.

domo propria: nam in tua liber es, in illis servus. sola domus beatitudinis hanc habet prerogativam, ut, quisquis in ea habitat, beatus existat. Talis est *domus Domini*. & tu nec dum ejus incenderis amore, quasi super terram, ubicunque sis, non semper esses ex illorum numero, qui aliud non habent hospitium, nisi agrestes casae? *Qui habitant domos lucet.* Job. 4. v. 19.

2. Considera, quantum vis in domo Domini invenire sit omne bonum, & ideo, quisquis in ea habitat, beatus existat, hanc tamen non esse causam, ob quam Psalmista tam sanctè invidet ejus inquilinis dicens: *Beati, qui habitant.* Fuisset ista pro spiritu tam defecto, qualis erat ipsius, nimium vulgaris. causa sanctae invidiae, quae beatos vocat, haec est, quòd aliud ibi facturi non sint, nisi laudare DEUM. *Beati, qui habitant in domo tuâ Domine, in secula seculorum laudabunt te.* non dicit: *videbunt te, sed laudabunt.* Atque hic est modus, quo tuum pariter purificare debes caeli desiderium, ut illud magis perficias. si desiderii tui finis ultimus est frui DEO, cum spectas bonum, si finis est laudare DEUM, spectas ipsius bonum. atque in hoc perfectio consistit. Proinde sicut, cum times infernum, ob hunc maxime finem saltem primatum timendus est, ne aeternum DEO maledicas, quae dos vehementer timorem illum nobilitat; ita cum caelum desideras, ideo desiderandum est, ut aeternum benedicas, *in secula seculorum.* & ubi hoc fieri uspiam nisi in caelo potest? In hac terra non possumus continuò lau-

dare DEUM, uti par esset, quia cogimur cessare à laudibus, ut necessitates nostras exponamus. In Proso re nullà indigemus: unde aliud est reliquum, quàm ut DEUM laudemus. *In secula seculorum laudabunt te.* Præterquam, quòd ali etiam possunt ipsum laudare semper, id tamen non nesciamus, hinc est, quòd longè magis nos impendamus ejus laudationibus, quàm ipsi. *Generatio generatio* (quae nimirum advenit, & transit super terram) *laudabit opera tua.* Ps. 144. v. 4. Id verò optime locum in caelo, atque idcirco de his, qui inhabitant, ait Psalmista: *In seculo seculorum laudabunt te.* non dicit: *operum, dicit te.* Qui pulcrum videt, aut picturam, sed nescit, unde daret opera, sed qui bene novit vitam, hunc laudat. In hoc mundo non cognoscimus DEUM extra mundum se ipso, sed solùm in operibus eius. deo non tam ipsum laudamus, quàm opera ejus manibus fabricata. *videbimus eum, sicuti est.* & ideo non tam opera laudabimus quàm ipsum. hinc est, quòd Beati quovis valde laudaturi sint ob certissima externa, quibus gaudet, ut gloria, quam accipit ex operibus creaturis, justificationis, glorificationis, etiam vindictae reprobatorum, magis tamen laudabunt ob interna. hoc est quòd sitis, qui est, se solo beatissimus, immensus, infinitus, incomprehensibilis: *Secundùm numerum DEUS, sic est laus tua.* Pl. 47. *hoc consistit laudationis perfectio*

quia bona externa, quibus fruuntur DEUS, pariter respiciunt bonum beatorum, at non interna. nam ista natura non habent nisi bonum proprium. Proinde sicut puritas & perfectio amoris beatorum in eo consistit, quod DEUM magis ament propter bona sua interna, quam externa: *Ipse enim omnipotens super omnia opera sua.* Eccl. 43. v. 30. ita in eo, quod propter illa potius quam ista laudent DEUM, pariter laudis perfectio consistit. *In secula seculorum laudabunt te.*

3. Considera fortè difficulter à te percipi, quomodo beati non fatigentur in hoc eterno exercitio laudandi DEUM. sed hoc inde provenit, quia illum amorem metiris tuo. Quando beati amando fatigabuntur, tunc etiam fatigabuntur laudando. sed quis unquam fatigabitur amore summi boni? nam unde illa fatigatio nascatur, à laudato, an à laudante? A laudato nasci non potest, quippe, si quemvis alium laudarent extra DEUM, lateor longiore morà demum fatigandos, cum quis alius magnam equidem laudem mereri possit, sed limitatam. at cum DEUS sit laudandus, *laudabunt te*, non est periculum, ut unquam fatigentur, quamvis eum laudent *in secula seculorum*, quia semper plus invenient, quod

laudent. *Benedicentes Dominum ex altitate illum quantum potestis, major enim est omni laude.* Eccl. 43. v. 33. Neque nasci potest ejusmodi fatigatio saltem à laudante: quia sicut beati DEUM longè amant magis quam se ipsos, ita magis etiam amant laudare ipsum, quam videre. Seraphini, qui apparuerunt Isaia, coram DEO alis velabant oculos subidem tempus. quo eorum lingua sine cessatione cantabat: *Sanctus, sanctus, sanctus.* quare? ut ostenderent, opinor, se potius ab eo vidento quam laudando cessaturos. sic beati, qui perfectissimum consecuti sunt amorem DEI, ne laudare desinant, etiam ipsi mallent deserere visionem, beatitudini suæ potius quam ejus laudibus renunciantes. Itaque sicut fieri nunquam potest, ut suâ beatitudine fatigentur, ita fieri minus potest, ut fatigentur tribuendis DEO laudibus, quas ipsi suæ beatitudini anteponunt. Est igitur, cur Psalter dicat DEO: *Beati, qui habitant in Domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te*: quia hoc est, quod implet felicitatem beatorum, laudare DEUM. *Populum istum formavi mihi: laudem meam narrabit.* Isa. 43. v. 2.

* * *



II.

Commemoratio Defunctorum.

Sancta & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. 2. Malach. 12. v. 46.

1. **C**onsidera imprimis, quomodo cogitatio, quæ hoc die te invitatur ad orandum pro Defunctis affectu quodam speciali, sit *sancta*. *Sancta est cogitatio pro Defunctis orare*. sancta est, quia fundatur in actu charitatis, quæ est virtus omnium præstantissima. Quid Charitas requirit? an ut membra sana unice opitulentur infirmis? haud sanè, sed exigit, ut opem suam etiam extendant ad membra, quæ sana quidem sunt, sed vincata. *Memorote vincatorum, tanquam simul vincati*. Heb. 12. v. 3. Jam verò certissimum est, ut fideles vivi sunt membra Ecclesiæ, ita pariter esse eos fideles defunctos, qui in purgatorio versantur. sunt illi membra sana (quis neget?) quia sunt in gratia, sed sunt quasi membra vincata, quia se ipsi apti non sunt, ut in suis necessitatibus se juvent; nam cum vita expiravit etiam tempus illis à DEO præfixum ad merendum. *Venit nox, quando nemo potest operari*. Jo. 9. v. 4. Sanctum igitur est fideles vivos, eos imprimis, qui sunt membra sana, opis aliquid præstare fidelibus defunctis. *In idipsum pro invicem sollicita sunt membra*. 1. Cor. 12. v. 25. Tu ergo quid agis, dum vides illos miseros in igne

versari, & in eo ut vindictor vestri, idcirco ullo moveris erga ipsos misericordionis sensu? non mereris esse membrum tam speciosi corporis, quod Ecclesia, cujus omnia membra in charitatis invicem jungantur. *Alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi*. Gal. 6. v. 2.

2. Considera, quomodo membra defunctis præstitum faciat, permutatum commercium in Ecclesia in peccatis quoad omnia ejus membra. *Pro veritate spiritus servimus verum*. Gal. 5. v. 13. Quatuor sunt modi, a quo dividi tale commercium potest, videlicet cum vivis, & non cum defunctis. aliud non legitur. Quòd igitur in Ecclesia vivi opulentur vivis, nemo dubitat, dum quædam quamdiu in terra vivimus, nec pro altero DEO supplicamus. *Orate pro invicem, ut salvemini*. Jacq. Quod defuncti opulentur defunctis, non est, cujus rei typus fuit Elias et Eliseus, quia alium defunctum in eodem sepulcro tumularum suscitavit, nec ignoramus in celo Sanctos orare pro Sanctis, qui sunt in purgatorio, iis præsertim, qui in his tumulis versantur templis, ut ex Divo Augustino habet

tur. l. 2. de cura pro mortuis c. 4. Quod
 defuncti opulentur vivis, certissi-
 mum est, cum innumera sint beneficia,
 quae ab ipsis recipimus in tot eorum
 benevolis apparitionibus, nec est Civitas,
 quae in Paradiso non habeat ali-
 quent, qui hoc illi de caelo praestet,
 quod olim in aere visus est Jeremias
 Ierosolymam praestare tempore Macha-
 bezorum. *Hic est, qui multum orat pro*
populo, & universa sancta civitate Jere-
mius Propheta DEI. 2. Mach. 15. v. 14.
 Equum igitur est ad implendum com-
 mercium mutuum in Ecclesia omniu
 membrorum, ut in ea vivi quoque opi-
 lentur defunctis, & sic nihil desit ad
 perficiendam charitatem, quam profi-
 terar. *Pauperi porrige manum tuam,*
dum vivus succurris vivo, & mortuo ne
prohibeas gratiam. dum vivus succur-
ris defuncto. Eccli. 7. v. 35.
 3. Considera, quomodo cogitatio
 ista orandi pro defunctis non tantum
 sit sancta sed salubris. *Sancta & salu-*
bris est cogitatio pro defunctis exorare.
 salubrem esse defunctis non potest vo-
 cari in dubium, quia ad illorum maxi-
 me utilitatem dirigitur. non ad utili-
 tatem defunctorum, qui sunt damnati
 ad Inferos, quia isti sunt membra jam a
 toto corpore mystico Ecclesiae recisa:
 sed ad utilitatem defunctorum, qui in
 Purgatorio torquentur. nam isti etsi
 viatores amplius non sint, quantum ad
 progressum in via, viatores tamen sunt,
 quatenus se vident adhuc suspensos a
 termino, qui est Gloria beatorum. Et
 ideo si a nobis juvari non possunt am-
 plius ad merendum, sicut cum etiam i-

psi ut viatores incedebant, possunt sal-
 tem juvari sufficientissime ad obtinen-
 dam meritorum mercedem, cum equi-
 dem finiverint viam, sed nondum alle-
 cuti sint terminum. Quantumvis ergo
 defunctis salubris sit cogitatio, quae
 te impellit ad orandum pro ipsis, salu-
 brior tamen est tibi, quia ipsis potest
 accelerare gloriam, tibi etiam augere,
 quippe cum oras pro illis, mereris, si
 existas in gratia, & sis ditior. *Promi-*
um bonum tibi thesaurizas, in die neces-
sitatis. Tob. 4. v. 10. Ipsi nihil merentur,
 sed solum ad eum possessionem
 fructuum, quos aliquando collegerunt
 merendo. Deinde an nescis, quam
 grata futurae sint illae animae sanctae,
 saltem cum gloriam fuerint consecu-
 tae? fieri potest, ut intercessione sua ef-
 ficacissima tibi eandem impetrent glo-
 riam, ad quam alias pervenire non me-
 rebaris. si sepelire cadavera defuncto-
 rum opus censeretur utilissimum facien-
 ti: *Benedicti vos a Domino, qui fecisti*
misericordiam hanc cum Domino ve-
stro Saul, & sepelivisti eum, & nunc retri-
buet quidem vobis Dominus. 2. Reg. 2.
v. 6. quid erit eorum animas inferre
 Paradiso, & exolvere vinculis, quibus
 continentur in fossa, quae si non par sal-
 tem similis sit Infernali? *Ab altitudine*
Inferorum eduxit illos. Sap. 10. v. 19.
 4. Considera, quae sint vincula,
 quibus a gloria retardantur animae.
 sunt illatum peccata, remissa quidem,
 sed per satisfactionem non expiata, ut
 idcirco dicatur: *Sancta & salubris est*
cogitatio pro defunctis exorare, ut a pec-
catis solvantur. Vides, quid faciant

corpori funes, catenæ, compedes, & tot alia atrocità vincula. hoc pariter faciunt animæ peccata. *Funibus peccatorum suorum constringitur.* Prov. 5. v. 22. unde, cum peccas, manibus funes textis, qui te stringunt, & duplici modo stringunt: stringunt, quatenus te faciunt teum pœnæ. A primo vinculo ponuntur jam esse liberæ animæ, quæ in purgatorio detineatur, quia noscuntur decessisse in gratia: sed non sunt liberæ etiam à secundo. Ideo dicitur: *sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* non dicitur, ut à peccatis se solvant, quia in vitam tantum potest aliquis cum favore Divino se exolvere omnibus vinculis, quibus circumdatur. *Consurge, sede Jerusalem solve vincula colli tui captiva filia Sion.* Isa. 52. v. 2. sed dicitur, ut à peccatis solvantur, quia indigent aliquo, qui solvat pro ipsis. & tu cum eas videas in statu tantæ necessitatis, non moveris ad opem ferendam? vide illarum vincula esse ignea, & ideo tempus non esse cogitandi, imò neque solvendi, sed rumpendi. *Vincula eorum dirupit.* Pl. 106. v. 14.

5. Considera, quo modo fiat ista solutio. Duplex est modus, unus gratiæ, alter justitiæ. primus sacrificia & preces amplectitur. secundus jejunium & elemosynam. quia per modum gratiæ interponi potest in favorem defunctorum Intercessio publica totius corporis mystici, quod est Ecclesia, atque istud fit in Sacrificio Missæ ineffabili. Et interponi potest intercessio privata membrorum, atque istud

fit precibus, quas quisque faciat pro defunctis. Per modum deinde Justitiæ expungi potest. Ad dimi pœna, quam debent mortuæ Justitiæ Divinæ. Ad eam expungendam valet jejunium, quò revocantur omnia cetera penitentiæ, quæ dicuntur activæ. ad redimendam Eleemosynam. Verum est, cuncta hæc opera, quæ stringuntur ad expungendas pœnas, pro defunctis debitorum exaltare, vel redimendas, à DEO demum accipiuntur loquimur, per modum supplicii, quia nulla est proportio inter pœnas, quæ imponuntur defunctis à Justitia, & pœnas, quas illi demum acceptat à vivis. In hoc mundo opera illa forum mitissimum, hoc est, forum civile, vel Canonico, ubi pœna expungantur suaves. *Nunc non nocent pœnæ valde.* Job. 35. v. 7. In altero forum aperit terribile, hoc est, forum divinum, in quo cum vigore, exercetur. *Nemo judicium exercetur.* *Non dico tibi, non exies inde, donec calcaveris vultum quadrantem.* Matt. 23. v. 34. atque quòd admittat pœnas, quæ sunt propriæ fori mitissimi, vel ad compensandas vel ad redimendas illas, quæ sunt propriæ fori aedè terribili, super est gratia. potest equidem, & solet admittere, at si velit, penitentiam non admittere: quid ergo superest? superest eam rogare tempore, ut solvit. Et ecce rationem, quare illud reperiat expellum: *sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* dicitur proterat: adire templa, jejunare, & flagrare

colligite, facere demum, quid quid fieri potest boni. sed non dicit, quia de quoque ad unum hoc verbum omnia referantur, orare pro defunctis. fac igitur in illorum utilitatem, quantum potes, invise templa, jejuniis, & flagris utere, elemosynas largire, sed semper simul DEUM ora, ut acceptare dignetur per misericordiam suam illud exigam, quod facis, quia longè minus semper est eo, quod debent. Imò ideo semper debes id unire cum sanguine Christi, qui tantò te melius orare novit. hoc si facias, ne dubites: quia hæc est præcipua gloria, quæ tribuitur sanguini pretiosissimo, quòd aperiat portam animabus carcere detentis, quæ flagrant ardenti sùma sùmi videndi DEUM, nec tamen eà liberare se possunt: Tu quoque in sanguine Testamenti tui eduxisti multos tuos de lacu, in quo non est aqua. Zach. 9. v. 11.

6. Considera, quomodo in illo igne sit invenire nonnullos, qui licet in gratia defuncti per vitam parùm erant solacii, ut satisfacere pro peccatis à se commissis, affirmantes, se deinde in Purgatorio luituros. non aestimabant communicationem meritorum adeò

fidelibus facilem: non habebant curam mortuorum, nec eos amârunt, nec juverunt, imò ne quidem legatis eorum piis fecerunt satis. & hac ratione minime dignos se reddiderunt gratiâ, quam Dominus præstat, cum preces nostras acceptat pro defunctis. si hos ipsos juvare velis, quid ages? ora magna contentione: hic enim non sufficit solùm pro defunctis orare, necesse est etiam exorare. an putas illos defunctos facile fructuros beneficio, quod illi nunquam præstiterunt? non videretur conveniens: nam ipsa Misericordia aliquam exigit proportionem cum meritis ejus, qui olim ad eam exercendam magis fuit propensus. *Omnis Misericordia facit locum unicuique secundum meritum operum suorum.* Eccl. 20. v. 15. & hinc quis dubitet, pro his etiam magis supplicandum, quia minus participant thesauros, qui misericordibus copiosè dispensantur. Tu interim vide, quid de te futurum sit, nisi misericordiam erga defunctos exerceas. Reddis te hoc solo indignum, ut eam ipse consequaris.

* * *

III.

Initium Sapientia Timor Domini. Pl. 110. v. 10.

1. Considera *Initium Sapientia* duos sensus admittere. Potest significare id, quod est principium ipsius quoad substantiam, & potest significa-

re, quod est principium quoad effectus ipsius. In arte fabricandi exempli causâ sunt principia ipsius quoad substantiam, & ista sunt regulæ, quæ
M m m m 3 talem

talem artem constituunt, hoc est, regula; quas nos Architectonicas appellamus. Et sunt principia ipsius quoad effectus, & ista sunt fundamenta, quæ à tali arte ponuntur effosso solo, quia ab his incipit surgere fabrica. Idem in Sapiencia accidit arte summâ, quæ pro fine statuit in rebus omnibus semper id querere, quod DEO gratius & gloriosius existat. Cùm igitur hic audis dici tibi: *Initium Sapiencia timor Domini*, non est sumendum nomen primo sensu, quia in isto Principia Sapiencia sunt regula fidei, quibus dirigitur, ne erret. sumendum est secundo sensu, quia timor DEI est primus effectus, quem gignit sapientia, cum ista operari jam incipit in corde Justi. quippe non est existimandum, illam hic Sapienciam intelligi, quæ solum dirigitur ad cognoscendum DEUM, & speculativa vocatur, illa intelligitur, quæ dirigitur ad serviendum illi perfecte, seu practicam. Cùm igitur hæc Sapiencia ut talis opus suum aggreditur in corde justis, ecce, quid ante omnia faciat: facit, ut justus timeat DEUM, cujus amorem etiam magnum vult sensum insinuare. *Siquidem Timor Domini initium dilectionis est.* Eccl. 35. & quia huic fundamento deinde molem suam superstruit, ideo dicitur *Initium Sapiencia timor Domini.* Vides ergo, quid sit Timor DEI: est fundamentum totius aedificij spiritualis. quo posito, quid te fiet, si ipse noster ut debilis? ecce ruinam aedificij. *Si non in timore Domini tenueris te in-*

stanter, cito subvertetur domus tua. Eccli. 27. v. 4.

2. Confidera, per Timorem DEI hic non intelligi servilem, sive illam quo Christiani agunt more servorum ita ut abstineant quidem ab illo offendendo, sed ideo, quod sciunt, & defendant, se non fore impios. Timor iste in se bonus est: quia dicitur scribitur: *Timor Domini exordia peccatorum.* Eccli. 1. v. 27. Sed non est de quo hic agit Plalmista, cuius dicitur: *Initium Sapiencia timor Domini* quæ agit de Principio interno, timorem servilis, sicut componitur cum peccato, ante quam exeat, in respectu operum à Divina Sapiencia procedentium est quasi principium externum ad illa disponens utrumque sunt inchoanda (*nam qui sine timore est, non poterit justificari.* Eccl. 2. v. 28.) non est principium internum, eorum, quæ jam sunt inchoata. Timor, de quo hic sermo est, non est filialis, qui est talium operum principium internum: *Initium dilectionis* facitque, ut Justus cognoscens, quod DEUS se ipso dignus sit admiratione summâ & amore, se totum illi committat ad modum filij, qui veritate Patrem offendere. nonne cogit, ut in Sapiencia in te verè inchoasset sua opera præclara, & non solum inchoasset te? vide, qualis in te timor dicitur filij, an servus?

3. Considera hunc ipsum timorem filialem non solere initio summum in omnibus esse perfectissimum; qui non statim is, qui se convertit, cessat

curare poenam annexam culpæ, imò valde curat timore suo proprio, qui initialis vocatur. at ubi sapientia in corde perficit paulatim æstimationem, & amorem DEO debitum, paucis incrementis etiam perficit timorem, quem excitavit: aded, ut, si perfecta jam sit charitas, timor ille initialis fiat castus, hoc est, alienus à cura & cogitatione poenæ. En qualis sit timor ille, de quo loquitur scriptura, cum dicit: *Perfecta Charitas omnia vincit timorem.* 1. Jo. 4. v. 18. Est timor poenæ, non servilis tantum, quia iste, quantumvis in se non malus, jam consideratus est esse foris ut preparatio ad opus: *timor extra sumptus*: sed adhuc initialis, qui pars est operis: *timor intra sumptus*. Iste, inquam à Charitate jam perfectâ foras mittitur. Quò enim quisque magis DEUM amat, eò minore curâ tangitur propriæ jacturæ vel damni, DEUM cogitat. Puta ergo Timore poenæ, quem diximus, uti sapientiam, licet filia Principis in opere Phrygio filio utitur lineo, nempe quantum sufficit ad firmandum sericum vel ostium, quod vult auro insignire, hoc est, timore culpæ, & non ulterâ, & sic adhibet equidem quasi in superiore parte operis, sed ibi non relinquit, quia quò magis in corde justî, quod jam permittit se DEO, insitit perficiendo operi, eò magis illum etiam expellit. Timor, quem relinquit, est timor castus, & in hoc consistit opus illud Phrygium, timor, inquam, beatus, qui semper manet: *Timor De-*

mini sanctus permanens in seculum seculi. & talis est timor culpæ, quem deficere, tantum abest, ut etiam crescat semper, quia quò quis magis progreditur in amore DEI, eò cavet studiosius, ne quid agat, quod illi possit displicere, aut ejus gloriæ adversari. an tu ex illorum es numero, qui non sunt admodum solliciti, ne offendant? signum est manifestum te nondum hoc esse consecutum, ut æstimes & ames perfectè. Confide te non offensurum, sed time, ne offendas, imò ne, quàm primùm offenderis, damneris, sic enim planè conveniret. Sed ne timeas ut servus, time ut filius, cui in expulsionem à Paterna domo nihil tam funestum & formidabile videtur, quàm discedere à Patre. talis sensus horroris nihil omnino præjudicat timori casto. *Ego dixi in excessu mentis mea: Projectus sum à facie oculorum tuorum.* Ps. 30.

4. Considera, quoniam timor DEI semper manet, imò semper crescit in corde Justî, percipi non posse, cur dicitur: *Initium Sapientia timor Domini.* Videtur dici potius debuisse & initium, & progressus, & perfectio, & demum ejus pulcherrimum complementum. *Corona Sapientia timor Domini.* Eccli. 1. v. 12. Melius Jobum fuisse locutum putas, cum dixit, quidquid est sapientia, consistere in timore DEI. *Ecce timor Domini ipsa est Sapientia.* Job. 28. v. 28. quàm Psalterium Regium, cum ait: *Initium Sapientia timor Domini.* Sed non ita senties, si probè cognoscas, quale sit initium,

initium, de quo in presentiarum est sermo. Sine dubio initium est totius vitæ humanæ bene compositæ, quod sicut est totum opus factum à Sapiëntia in corde iusti, ita dici potest esse tota Sapiëntia. *Dilectio DEI honorabilis Sapiëntia.* Eccli. 1. v. 17. Sed non est quaecunque initium. Est initium in genere radices. Radix autem etiam ipsa est fundamentum arboris, sed vitale, quod non modò sustinet arborem, sed eam nutrit, auget, ornat, ditat, & quidquid habet boni, largitur. *Radix Sapiëntia est timere Dominum.* Eccli. 1. v. 15. Idcirco sicut radix verè dici potest in virtute esse tota arbor, quamvis propriè sit ipsius initium, sic timor DEI reverà dicitur esse tota Sapiëntia: *Pleñitudo Sapiëntia est timere Dominum.* Eccli. 1. v. 20. hoc est tota vita humana bene composita à Sapiëntia. En autem, quot sint rami, in quos se diffundit vita hominis bene ordinata, quot frondes, quot flores, quot fructus. Sed omnes denique debentur sancto timori Domini tanquam eorum propriæ radici. Hic, si deficeret; omnes illi momento exarescerent. Sed non ideo iustus præter timorem DEI non etiam alia facit bona opera, quæ sunt innumera. Facit opera Iustitiæ, humilitatis, obedientiæ, misericordiæ, puritatis, prudentiæ, pietatis, fortitudinis, & alia infinita. *Qui timet Dominum, faciet bona.* Eccli. 15. v. 1. Sed omnia suum habent initium, à sancto timore DEI. & quale initium? Initium semper illis

conjunctum, quod singulis propriè sunt, sicut & vigorem substantiæ initium, ut arboram, in genere radicis. *Radix Sapiëntia est timere Dominum.* ideo ceteræ virtutes eorum mi dicuntur, qui nunquam deficiunt nisi simul ipse deficiat. *Et rami mei longevi.* 16. En quàm præclara sit servare timorem DEI. *Beatus homo, cui donatum est habere timorem DEI.* Eccli. 25. v. 15. Nihil est quod in Mundo comparari illi possit. Ita est, non sufficit ad hunc effectum habere duntaxat, necesse est tamen fortiter. *Qui tenet illam, cuius labitur?* 16. quia radix, quambras immittit, tantum vult.

5. Considera optandum, non haud dubiè futurum nosse, in re hic Sanctus DEI timor, à quo nascitur omne bonum. *Initium Sapiëntia timor Domini.* Sed ne timor, à nòsse nequeas saltem eum evitari. Radix est, quid ergo mirum, si regitur? DEUS in nostram consuetudinem abscondit. *Radix Sapiëntia, cui revelata est?* Eccli. 1. v. 6. hoc nim ratione meliùs servatur huiusmodi, si semper metuas, ne forte non habet. *Beatus homo, qui semper est perterritus.* Sicut ergo radix, quanto amplius peritur terræ, tanto plus vegeta habet, ita accidit in casu nostro. Porrum est, quòd ipsi fructus, propriè huius radices, si non cessent, longè morà satis indicent, moraliter tamen esse radicem, nam unde alio modo & incrementum caperent? si non abnequeas malo ex humano respectu, si

homen tibi & estimationem parias, vel certe inter homines non præjudices, haud dubiè certus non es te possidere sanctum Domini timorem, uti par esset, quia germina tua aliunde radicem suam habent. *Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan*, na-

turâ scilicet corruptâ. Ezech. 16. v. 3. at si unicè abstineas, ne DEUM tuum offendas, bono sis animo, quia licet manifestè non cernas, uti velles, radicem, tantò erit illa probata magis, quantò magis sepulta.

IV.

S. Carolus.

Omnia possum in eo, qui me confortat. Phil. 4. v. 13.

Considera, quàm magnum ostenderit animum Apostolus huic verbis, cum dixit: *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Ostendit certo modo se sibi omnipotentem videri. *Omnia possum.* Attamen quia talis sibi est visus non propria virtute, sed DEI, qui solus eum reddere talem potuit, minimè superbus, sed animosus extitit. Humilitas non in eo consistit, quòd quis credat se nihil posse præstare propter DEUM, aliàs recordes, timidi, pusillanimes, pigri forent omnium humillimi super terram. In eo consistit; quòd quis credat se nihil posse à semet ipso, ut talis est. Aliquando vires tuas superare videtur, ut vincas hunc defectum, qui in te dominatur, ut fugias illa pericula, ut illa penitentia opera obeas, ut perfectè impleas debitum tui muneris, & huic cogitationi acquiescis, quasi in eo humilitas tua passum inveniat suavissimum.

R.P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

Non est humilitas, sed pigritia. *Dicit piger: Leo est in via, & leana in itineribus, in medio platearum occidentis sum.* Prov. c. 22. & 26. imò cave ne sit: superbia sub larva humilitatis. Intueris te ipsum non secus, ac si omnia bona tua pendeant à viribus tuis naturalibus, ideo diffidis, quasi solis tuis brachijs strangulare debeas leones, discerpere leanas. Averte à te oculos, & ad DEUM respice, cura ut vivâ fide capias, omnia tibi agenda esse in virtute ipsius, qui ob hoc ipsum tuâ uti vult operâ, hominis inepti, ignobilis, infirmi, ut ostendat se esse autorem operis, quod imponit: tunc verò quid timebis? occurrant sanè, quantovis numero, ad te perterrendum, non leones tantum & leana, sed toti exercitus furiarum Infernalium, certus es de victoria. *Si ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Ps. 26. v. 1. *Credisne nullius*

Nnn nn

nullius

nullius rei metum perensisse Apollolum, quando dixit: *Omnia possum in eo, qui me confortat?* nullius omnino.

2. Considera non dixisse Apollolum: *Omnia potest in me, qui confortat me.* Sed *omnia possum in eo.* non quòd ignoraret, gloriam operis totam debere causæ principali, prout indicavit, cum dixit: *non ego sed gratia DEI mecum:* Sed quia non abnuebat, se posse, non proprijs posse naturæ viribus: sic enim solùm dixisset: *Omnia possum,* sed in virtute illius, qui ejusmodi viribus vigorem infunderet superiore naturâ. *Gratiâ DEI sum id, quod sum.* 1. Cor. 15. v. 10. quanquam, si bene notes, etiam hic integram gloriam causæ tribuit Principali: non enim dixit: *omnia possum cum eo, qui me confortat,* sed *dixit in eo,* ut ostenderet se non tantùm operari simul cum DEO, sed in virtute DEI. Id, quod erigere te debet ad magna gerenda, non est cogitare, quòd sis acturus cum DEO, tunc enim, quantum ad te attinet, posses despondere animum non secus ac Pygmæus, qui saxum ingens, vel molarem ex parte dimidia deberet cum Gigante protrudere. Id quod ad magna erigere debet animum, est cogitare, quòd sis acturus in virtute DEI: sicut Pygmæus, in quem Gigas grande suum robur transfunderet ad eam molem integram unâ secum protrudendam. *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem.* Non solùm augebunt fortitudinem suam

naturalem, sed etiam mutabunt supernaturalem: quia cum gratia huius possent, nisi, quòd esset terra, imites naturæ, roborati à fide, quàm reposuerunt in DEO, transibunt ad ordinem altiorem, & facient quæ superant naturam. *Isa. 40. v. 31.*

3. Considera, quam fuerit fortis Apollolus, ut ostenderet DEO non solùm in se operari, sed etiam efficere, ut operetur, eadem quæ ipsum transfusa omnipotentia, non videtur consulto noluisse dicere, *omnia possum in eo, qui me confortat, qui me sustinet, qui me sperat,* sed potius voluisse dicere, *qui me confortat,* ut demonstraret, non dubiè agere in virtute gratiæ, sed agere ut à gratia confortatum, non compulsum. *Confortatus est Jac. 1. Esdræ. 10. v. 4.* Confortatio non confortatum voluntate sua, sed in partem operis, ad quam datur confortatio. hinc non dicitur, scilicet pellum confortari ad sculpendum, pennam ad delineandum. Confortari dicitur, qui ita partem habet in opere, ut in suo genere possit illi impare. *confortatus cum Asina:* Balaam olim solutus lingua in voces humanas, dicitur potuit factum ab Angelo, ut loqueretur, sed dici non potuit ad loquendum confortata. *videtur ergo, quid gratia in hominibus efficiat: eam confortat, hoc est, vigorem, numerum, auxilium præstat.* *Ego DEI tuis confortavi te, & accitavi te tibi.* *Is. 41. v. 10.* atque hæc ratio

ostendit, eos ex parte sua sponte face-
re illa opera, ad quæ Divina se exten-
dit confortatio: quia dici nequit con-
fortatus ad faciendum, qui nihil ex
se facit: dicendum esset potius fa-
ctum esse, ut faceret. Ne speres un-
quam fore, ut DEUS in virtute gra-
tiæ faciat te ex necessitate operari, uti
fecit olim loqui asnam Balaam. Jun-
genda est opera vi arbitrij tui liberi ta-
li modo, ut opus etiam tibi attribui &
adscribi possit, sed tibi ut aliunde con-
fortato. *Dominus adfuit mihi, &
confortavit me, ne per me predicatio
compleretur.* 2. Tim. 4. v. 17. an cla-
rius id dicere Apostolus potuit?

4. Considera, quæ sint illa, de
quibus hic loqui Apostolus præcipue
voluit, cum dixit: *Omnia possum in
eo, qui me confortat.* Sunt contem-
ptus, Paupertas, itinera, & tot casus
diversissimi, qui in prædicatione E-
vangelij occurrebant; & quamvis isti
viderentur insuperabiles naturæ, ni-
hilominus protestatus est se illos mi-
nimè formidare per virtutem gratiæ.
Unde advertis vi confortationis mi-
nimè effectum, quò minus pateretur
Apostolus, sed ut generosè pateretur.
Si videre cupias ætate nostrâ Divam,
qui verè dicere potuerit, quod olim
dicebat Apostolus, se virtute Gratæ
constitutum omnia posse, is certè est,
cujus gloriosam veneramus memo-

riam, sanctus Carolus. ideo videtur à
DEO nostro seculo concessus, ut o-
stenderet hominibus delicatis, quan-
tum possit imbecillitas naturæ, quan-
do vigore Gratæ roboratur. Ille cla-
rissimis ortus natalibus, inter delicias
educatus, imperare assuetus redigir-
tur in tanta teneritudine naturæ ad
sustinendos labores tam graves con-
cionum, itinerum, alloquiorum, vi-
sitationum, ductarum supplicatio-
num, studiorum, synodorum, reform-
ationum, & demum obsequiorum
pestiferis impensorum. Ille tot labo-
ribus tantas jungit asperitates in quo-
cunque genere famis, sitis, vigiliarum,
vexatæ carnis suæ virginæ, castiga-
tiones corporis non interrupas, &
raras, quales ferè solent esse tuæ, sed
perpetuas. an putas in taliorum con-
junctione non ita passum esse, ut per
seipsum se cognosceret hominem fra-
gilem more aliorum: sed non ideo
concidit animo. quare? quia sciebat
Gratiam omnia posse in eo, qui nul-
lum ponit impedimentum Gratæ.
Omnia possum in eo, qui me confortat.
Tu quoque confide DEO tuo: & po-
teris demum sub vite tuæ finem di-
cere cum S. Carolo: *Gratia ejus in
me vacua non fuit, sed abundantius
illis omnibus laboravi: non ego au-
tem, sed gratia DEI mecum.*
2. Cor. 12. v. 10.



Simulatores & callidi provocant iram DEI, neque clamabunt, in vincili fuerint. Job. 26. v. 13.

1. **C**onsidera quorundam studium omne in eo versari, ut artificiosè simulent virtutes, quas non habent, vel certè, si illud assequi non possunt, ut vitia sua astutè dissimulent. Priores hinc dicuntur *Simulatores*, posteriores *Callidi* vocantur, de his & illis dicitur: *Provocant iram DEI* non solum dicitur: *Merentur iram DEI*, quod omnibus est commune peccantibus etiam per ignorantiam, prout fecerat sanctus Rex Josaphat, quando affinitatem & amicitiam contraxit cum impio Achabo, ad solam everfionem infidelium. *Impio prebes auxilium, & his, qui oderunt DEUM, amicitia jungeris; & idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inventa sunt in te, eò quòd abstuleris lucos de terra Indà &c.* 2. Paral. 19. v. 20. Sed dicitur: *Provocant iram DEI*, quoniam isti maledicti hypoerita non peccant per ignorantiam, cum eorum plerique sint sagacissimi: sed peccant per malitiam: & ideo peccando non merentur duntaxat, uti ceteri peccatores, sed provocant iram DEI: quia confisi vafrietie suæ audacter monstrant se illam minimè timere, imò ad se tegendos sibi fulmina imprecantur, si verum existat, quod illis opponitur, ut DEUS ipsos extirpet, ut dehiscente

terrâ absumat, ut bono nullo fieri amplius concedat. *Rogant iudicia pietatis* (quæ sunt illa iudicia ad bonum faciendâ, & non provocandâ) *appropinquare DEO volunt*, cum de ipsorum ad Sacramenta accedere, in baldium carnis se intrudant, munitijs insinuant, quasi & ipsi fuerint Justi & non fallaces, quasi quæ iustitiam fecerint, & mandata DEI non dereliquerint. Il. 48. v. 2. *Terror quid putas? (si quando accipere à demone ad agendum hoc modo) ut putas fortasse te posse fallere, verum DEI, sicut fallis oculos hominum, oculis hominum imponi facile videtur, ut vel adulteri sepulcrum, in quo Amasia extincti, Altare videtur ab foris ornari potest candido vel phrytico marmore, at DEUS, qui intus videt, scit, quid ibi latent. *Quo videt ea, qua parent, DEUS intuetur cor.* 1. Reg. 16. v. 7.*

2. Considera vulgo credi per hodie in Mundo inveniri hypocritas. Sed non est ita. Nimis quædam sunt virtutes, quibus carent, saltem eas, quas habent paucissimas jactant supra modum, amplificant, cavent more mercatorum, qui, cum opus suas decoxerint, in aditu tabernaculi stentant modicum, quod habent, ut

divites videantur. & hi quoque sunt
simulatores, quia fingunt se facere plus
 boni, quam faciunt. *Simulantes longam
 orationem.* Luc. 20. v. 47. Deinde quot
 sunt, qui si non omnia sua vicia dissi-
 mulare possint, aded sunt manifesta,
 eorum illis illinunt mille excusationi-
 bus, nunquam se reos esse fatentur
 iustar furis, qui tunc triumphat, quan-
 do licet deprehensus in furto tergiver-
 sando, & simulando tam innocentem
 se fingit, ut illum curia liberum dimit-
 tat, & eius loco alium quaerit ad vincu-
 la alienum a culpa. Et hi quoque sunt
 nimis quam callidi: *Callidus vidit ma-
 lum, perfidia scilicet, vel ignominia,
 vel quodvis aliud, quod ipsi immine-
 bat, & abscondit se, ne sustineret pœ-
 nas sibi debitas.* *Innocens, cum nihil
 cogitaret minus, pertransit, & afflictus
 est damno, alterius loco comprehensus.*
 Prov. 22. v. 3. His positis facile adver-
 tis utrosq; ex aequo hypocritas in gra-
 du summo dicendos esse. Quatuor
 quippe sunt species hypocritarum a Do-
 ctoribus assignatae, simulare falsum
 bonum, & dissimulare verum malum,
 magnifice exrollere notum bonum, &
 excusare notum malum. His vero an-
 non putas omni ex parte abundare
 mundum cum ingenti sanctae simplici-
 tatis detrimento, quae ja nunc exulare de-
 bet ab orbe terrarum? Urinam non im-
 ple sis unus ex his infelicibus, quos mo-
 do diximus, vel certe esse incipias, aded
 studiosè satagis ubique apparere meli-
 or, quam sis, nunc extollendo bonum,
 quod habes, nunc malum celando.
Quid miseris bonam ostendere viam tu-

*am ad quarendam dilectionem? Jer. 2. v.
 33. Potes equidem hac ratione conci-
 liare tibi aliquando aestimationem, vel
 plausum, cygnorum modo, quibus sub
 pluma candida nigra est pellis. Porro
 quid juvat, si interim contra te provo-
 ces iram Divinam? *Simulatores & calli-
 di provocant iram DEI.* unde fit, ut
 ipsi cygni, qui ab hominibus inter vo-
 lucres mundas censentur, à DEO an-
 numerentur immundis. Levitic. 11.
 v. 18.*

3. Considera, quomodo isti iniqui
 sive simulatores, sive dissimulatores di-
 cantur provocare iram DEI, quia eam
 irritando faciunt, ut in ipsos pœnas
 exoneret non tantum graves, sed anti-
 cipatas. DEUS naturam suam in punien-
 do lentè admodum procedit. *Expe-
 ctat Dominus, ut misereatur vestri.* Isa.
 30. v. 18. unde vides quibusdam aliàs
 valde sceleratis eatenus differri suppli-
 cium, ut non nisi post mortem puniat,
 sed cum hypocritis rarè sic agit, puni-
 re eos etiam in vita solet: nam cum om-
 nnis superbia illi displiceat, maxime
 tunc displicet, quando speciem sancti-
 tatis affectat, quae non habetur. & quis
 est Principum, qui in dirione sua diu fe-
 rat moneram adulterinam? hoc autem
 si in ullo genere monera, in auro maxi-
 me cavetur, quia quo majoris est pre-
 tii metallum probum, eo majus dam-
 num affert Reipub. adulteratum. Idem
 in casu nostro contingit. unde si DE-
 US rarè diu sinit impunitos, qui falso
 sibi arrogant nobilitatem, scientiam,
 sapientiam, potentiam, quae
 carent, longè minus impunitos relin-
 que

quit illos impios hypocritas, qui falsò sibi arrogant sanctitatem. sed cùm ferè attingunt illud culmen approbationis & applausus, ad quod plurimum annorum simulatione aspirabant; repente detegit illorum occultas labeis modis, quibus minimè credebatur, & confundit probis improvisis, & aliquando aliis etiam pœnis affligentibus condemnationis, carceris, aut solennis depositionis ab honorum gradu, quas ipse immittit. *Ne fueris hypocrita in conspectu hominum*, inquit Eccl. c. 1. v. 37. *Et ne scandalizeris in labiis tuis*. simulando perfectionem, quam non habes, vel colorando defectus, quos certis occasionibus detegereteneris, *ne fortè cadas in grande quoddam præcipitium*; *Et adducas animam tuam in bonoracionem*, quando plurimum æstimationis obtinebas, *Et revelet DEUS absconsatua*, non in altero solum mundo, sed & præsentis; *Et in medio synagogæ tidat te*, accersendo tibi fatalem ierum, qui te dejiciat instar simulacri deturbati de loco sibi indebito. Et te non moveat vel ipsum odium, quo DEUS persequitur bonitatem simulatam, ut illam maximè detesteris? *Simulatores & callidi provocant iram DEI*. hoc te scire sufficiat, ut & contrario in omnibus negotiis sincerissimus, & candidissimus exitus.


4. Considera, si flagella, quibus DEUS ferit iniquos simulatores vel dissimulatores, quos diximus, illorum correctioni fervirent, dici cum veritate non potuisse, hos infelices, dum illa sibi accersunt, provocare iram DEI. tunc enim flagellari citra omne dubiū

summæ esset opus misericordie, peccatum est, quod ipsi modi flagella per rumque pro sola serviant punitione cùm raro contingat hos peribiles commendari. & ideo hoc etiam ex parte verum est, eos provocare iram DEI, quia non provocant iram DEI, quæ facit in hoc mundo delicti supplicia detentius, sed illam, quæ facit in inferis, atque hoc est, quod hic videtur significare, cum dicit: *Simulatores & callidi provocant iram DEI, neque clamabunt cum victi fuerint*, quia potestatem quando DEUS immittit sui ree memorata supplicia, cum aliam velle, quam ut iudicem eos quærit & tormentis subjicere, ut iniquas dolosas artes, nec minus tales, revelationes, raptus, visiones imbeciles, cum gradum malitiæ attingent imbeciles. at illi contra tanto illis notetur partam tot annis auctoritatem, stent inconcussi: *non clamabunt cum victi fuerint*. non constebunt iram, non querent clementiam, ut perent veniam, & si hoc etiam faciant, voce facient submissa, non elati, quæ etiam eminus audiat ab omnibus, quos hi miseri deceperunt. *non clamabunt*. & sic potius iram sunt ad inferos, quam ut faceantur iniuste à se effectam sanctitatem. *Eniam accitit flagellari fieri se peccatores refugium per sancti prius omnium opinione simulantur*, & quamvis se duci ad aterna supplicia non ignorent, tales tamen cupunt apud humana iudicia remanere, quia se studuerunt semper ostendere. S. Greg. in hunc locum. Quæ cùm ita sunt, et

quò demum adducere te possit infelix
amor apparendi, qualis non es, prefer-
tim in genere probitatis, si meritorum
es inops, nunquam velis videri dives,
& si agnoscis te plenum defectibus, no-
li excusare sed emendare. *Vir impius
proaciter obfirmat vultum suum, ut*

Judas fecit, qui osculo tegere voluit
perfidiam suam, qui autem relictus est,
cervigie viam suam, uti fecit Petrus, qui
amarissimis lacrymâs eam detestari nō
desiit, dum vixit. *Prov. 21.*

v. 29.



VI.

*Qui perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea,
non auditor obliviosus sed factor operis, hic beatus in facto suo
erit. Jac. I. v. 26.*

1. Considera ultimum finem, quem
spectabant tot humani Legisla-
tores legibus suis, fuisse, ut beatas red-
derent civitates, domos, & personas,
quæ illas servarent. sed nemo illorum
potuit obtinere propositum. Erunt,
qui beatificant seductos, & qui beatifi-
cantur precipitati. *Isa. 9. v. 16.* Ratio
est, quia, cum leges illæ non suffice-
rent ad dandam ulli vitam æternam,
nec beare potuerunt quenkum, sed
damnare duntaxat. Beatitudo solum
obtinetur observando Legem Christi.
unde vides, cum is monte conscenso
cum suis Discipulis primò aperuit os
suum sanctissimum ad eam promul-
gandam, ab annuntianda tali beatitu-
dine exordium fecisse: *Beati paupe-
ri, beati mites &c.* Erat hoc idioma ad-
miratione plenissimum, quia contrari-
um opinioni totius generis humani,
quod in illud usque tempus beatitudi-
nem collocavi in rebus prorsus oppo-
sitis, in divitiis, in gloria, magnitudine,

prosperitate. *Beatum dixerunt popu-
lum, cui hæc sunt. Pl. 143. v. 15.* Unde
non sine causâ hic S. Jacobus dicit: *Qui
perspexerit in legem perfectam libertatis
&c. hic beatus in facto suo erit.* nequis
putet, unquam se posse beatitudinem
consequi, aliter se legi conformando
nisi JESU Christi. Cura, ut bene per-
spicias veritatem tanti momenti, nam
in ea fundatur fabrica tam excelsa,
qualis est illa vitæ nostræ Christianæ.

2. Considera Legem illam Christi
vocari legem perfectam libertatis. *Qui
perspexerit in legem perfectam liberta-
tis, lex libertatis vocatur, ut no-retur
discrimen à lege Judaica, quæ fuit ser-
vilitatis, in servitutem generans. Gal. 4.
v. 24.* præterea perfecta vocatur, quia
Judaica non potuit perficere quem-
quam: *Nihil ad perfectum adduxit lex.*
Heb. 7. v. 19. & hoc quidem ex duplici
capite, primò quia illi deerat perfectio
finis, qui erat vita æterna, ad quam lex
ipsa per se neminem conducere potuit,
sed

sed preparare tantum. deinde quia deerat ipsi perfectio mediorum, quae fuerunt tria consilia Evangelica prorsus nova, quibus quisque tam promptè perfectionem consequitur in praesentiarum, ut ad caeteram de plebe qui libet aspirare possit. *Et ipse praecedet ante illum parare Domino plebem perfectam.* Luc. 1. v. 17. Nihilominus si lex Christi perfectior dici possit in una parte sua, quam altera, talis certe est in illis octo sententiis adeò stupendis, quas beatitudines vocat, quae reverà aliud non sunt, quam totidem dictamina virtutum, sed virtutum, quae exercentur in gradu quodam heroico, hoc est, Divino potius quam humano: unde etiam sola possunt beare hominem. Atque hoc est, si bene notes, quod S. Jacobus spectat, cum dicit: *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis Ec. hic beatus in facto suo erit.* Certè dici potest speciali quodam modo alludere ad executionem illorum dictaminum tam sublimium, nam haec quoque sunt, quae speciali modo te reddunt beatum. Quid agis ergo, quod fortè in huic usque diem ea probè intelligere non admodum curaveris?

3. Considera hominem duobus modis dici posse beatum. Beatum *in re*, & beatum *in spe*. Beatus *in re* est, quando consequitur gloriam Paradisi. *Beati, qui habitant in domo tua Domine.* Pl. 83. v. 5. & tunc est perfectè beatus. Beatus *in spe* est, quando spem habet probè fundatam, firmatamque consequendi hanc gloriam. *Beatus, quem elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in atriis*

ris. Pl. 64. v. 5. & tunc quoque beatus est, sed imperfectè tantum. Jam vero indubitatum est, quod octo beatitudines Evangelicae conferre in praesentiarum non possint beatitudinem perficere, quia facere non possunt beatum, ut conferunt autem saltem imperfectum, quia te faciunt speciali prorsus modo beatum *in spe*. sunt illa signa perfectionis, quae quidem inveniri non possunt, certissima, & ideo faciunt, ut mirare liceat gloriam Paradisi, cuius damento, & firmitate maxime, quod beatus, sistendo intra limites, quos *salvi facti sumus.* Rom. 8. v. 24. & tunc amore non inardescis?

4. Considera inter duas beatitudines, quas diximus, unam, quae in *in spe* inveniri quasi medium, & hanc esse, quae non solum te reddit idoneum ad obtinendam gloriam Paradisi per merita, sed quae illam etiam ostendit libandam per aliquem praegulum, quae haec est propria horum dictaminum, nam si illa exercentur, eo modo, quo convenit, nempe heroico, facere te incipias gustare in terra illam dulcedinem spiritus ineffabilem, quae est propria beatorum in caelo, arguitur hinc dicit S. Jacobus: *Qui perspexerit in legem perfectam libertatis Ec. hic beatus in facto suo erit.* Non dicitur *beatus in facto*, quia quivis iustus erit beatus, ob quodcumque opus alicuius boni, modo perseveret. sed dicitur *beatus in facto*, quod solum sanctis convenit, quia cum isti modo operentur bonum, contingit eos non solum esse *beatos in facto*, hoc est, propter opera sua, sed

etiam *beatus in facto*, hoc est, in operibus. tanta est voluptas, quam sentiunt in operatione adeo Divina. & sic quodammodo dici potest Justos istos magis eximios etiam esse super terram *beatos in re*, quia si nondum sunt immeriti deliciis Paradisi, saltem rivulos degustare incipiunt. certe sunt plus quam *beati in spe*, quia spem habent multo majorem se aliquando illis immergendos deliciis, quam habeant ceteri Justii, sicut spem habet multo majorem operati fructus, qui jam vident in arbore erumpentes flores, quam qui solas aspiciunt frondes. quare igitur tu solis frondibus acquiescis, dum consequi flores potes, qui sunt artha adeo certa futuri fructus?

r. Considera, si frui velis tanto bono, quod partunt memorata beatitudines, duas esse implendas condiciones hic à S. Jacobo præmissas. Primâ est, ut intimè cognoscas, quæ sint istæ virtutes constituentes legem adeo perfectam, atque hoc est *perspicere in legem perfectam*, non est legem tam pulchram tantum obiter lustrare, uti fit, cum leguntur programmata ad angulos civitatis affixa. hoc enim esset *perspicere legem*, non *perspicere in legem*. Est cernere ad fundum usque, examinare, discutere, & attentè contemplari. In hunc finem prædictas beatitudines hic reperies distinctis meditationibus dierum sequentium digestas, ut modum advertas scrutandi genium illorum sensum, sed non ultra quam quatenus aliquid ad tuum conferunt profectum. Scilicet discrimen, quod Navarchum

R. P. Pauli Segneri *Mamma Anima.*

inter & Astronomum intercedit? ambo noctu sidera in cælo spectant. quid porro? Astronomus ea spectat, curiositate sciendi, quantum potest, illorum altitudinem, apparentiam, aspectus, motus. Navarchus solùm illa spectat ad navigii sui cursum bene gubernandum. Hanc secundam regulam tu quoque in meditando sequi debes. Altera conditio est, ut, probè intellectâ veritate, quam Christus docuit, deinde magno animo te accingas ad opus, certoque tibi persuadeas nihil tibi profuturum, toto die profiteri amorem sanctitatis, si illam nunquam tibi despondeas. atque hoc vult inferre S. Jacobus, cum dicit: *Qui perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanerit in ea, non Auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Permanere in lege*, est loquendi modus Scripturæ sacræ, qui exprimit legis observantiam non interruptam, stabilem, firmam, *Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit.* Deuteron. 27. v. 26. atque hæc est observantia, quæ requiritur in casu nostro, ut fias beatus. Hinc est, quod, cum dici audis: *Beati pauperes, beati mites &c.* id semper intelligatur hac conditione si non expressâ, saltem tacitâ: *Si permanerint in ea lege perfectâ Paupertatis, Mansuetudinis &c.* Alias certissimum est, te neque, si legem adeo perfectam etiam tibi desponderis, beatum fore, si deinde pœnitentia ductus paucis post diebus illam repudiare statuas. Ceterum quid putas? putas

Ooo oo

fortè

fortè Christum esse similem tot præceptoribus humanis, qui se credunt facti ab auditoribus suis æstimatos, quando advertunt eos cum excellentia percepisse lectiones, quas exceperunt, medicas, morales, canonicas, et si juxta eas agere non curent: secus omninò res habet, nisi opere exerceas lectiones Chri-

sti, perinde erit ac si fuisses penitus oblitus. imò longè deterius. ita enim quæ ultro voluisses oblivisci unde, quæ perire non exerceat, hic à S. Jacobo utcumque dicitur *Auditor obliuiscit* sed *Auditor obliuiscit factus*, quia non se habet ut simpliciter obliuiscat sed qui voluerit fieri obliuiscat.

VII.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cælorum, Mat. 5. v. 3.

1. **C**onsidera duplex genus Pauperum inveniri in hoc orbe terrarum. quidam sunt necessitate, alii electione pauperes. & quamvis utriusque sint apti consequi Regnum cælorum, ipsi tamen non sunt illi fortunati, quibus id à Domino tan firmiter promittitur hoc loco, sed sunt *Pauperes spiritu*. nam si spectes illos, qui mera necessitate sunt pauperes, quomodo possunt sibi deposcere hoc regnum titulo Paupertatis, quam equidem tolerant, sed admodum inviti? Et si spectes pauperes meræ electionis, quomodo etiam isti possunt sibi deposcere, qui equidem sponte facti sunt pauperes, sed ex fastu, ut illi antiqui Philosophi? Illis igitur tam disertè hæc promittitur Regnum cælorum, qui sunt Pauperes non electione tantum, sed spiritu. Tales sunt in sensu maximè literali, qui secuti impulsu Spiritus sancti, qui ad hoc illos movit, amplexi sunt Paupertatem Evangelicam, quam Christus

consultavit, abdicacione plenè, præpà, perpetuà re cum suarum rerum. scio ad hanc beatitudinem etiam illis pertinere, qui, quamvis sint divites, parati forent, si possent, etiam ipsi fieri pauperes pro Christo, quænam illi Franciscus Assisias, adeo cor suum abstraxerunt à divitiis, sed isti inveniunt in sensu factis remoto. Inveniunt ad martyrum carum, qui alio manissimos Barbaros profecti sunt, quando, ut apud hos Decium aliquem vel Diocletianum invenirent, sed non invenerunt. Isti namque non sunt verè Pauperes, & si *spiritu* sunt Pauperes, non sunt *Pauperes spiritu*, hoc est, ab actu sunt Pauperes sed non effectus. Ii habent spiritum Paupertatis, nec hoc ipso habent etiam Paupertatem spiritus. Veram Paupertatem spiritus illi soli habent, qui pro JESU verè omnia reliquerunt, sine spe illa unquam recuperandi, & quin hoc curent, ut ad beatitudinem ipsi possint dicere cum Petro &

nis reliquimus omnia, & secuti sumus te.
 Hæc est probabilissima loci hujus ex-
 plicatio, quia propriissima, & est nomi-
 natione SS. Hieronymi, Basilii, Bernardi,
 Ambrosii, & aliorum ex antiquis Pa-
 tribus, & inter recentiores communi-
 or. Ecce igitur, quam præclarus sit
 status eorum Religiosorum, tam mise-
 rorum, tam inopum, ut fortè non vere-
 ris etiam superbe illos aspernari. Sta-
 tus est hominum, qui destinantur ad
 Regnum tam vastum, quale est Paradi-
 si, ipsi sub regni titulo promissi, quia
 nihil est, quod dici majus possit. O-
 quanto celliore loco illos videbis ali-
 quando in die Judicii, quos modò non
 dignaris in conspectum admittère.
 2. Considera, quantum vis Paupe-
 res isti Evangelici, de quibus hîc sermo
 est, solum sint destinati ad hoc Reg-
 num, Christo tamen non satis fuisse di-
 cere: *Beati Pauperes spiritu, quoniam
 spernum erit Regnum celorum, sed dixit:
 quoniam ipsorum est.* quare, nisi ad de-
 notandam summam quasi certitudinẽ,
 quam habent, illud consequendi: tot
 sunt auxilia, quæ hæc sancta Paupertas
 subministrat ad abstinendum à malo,
 & faciendum bonum? sed absque hoc
 nomine Pauperes isti benedicti jam per-
 solvantur integrum pretium pro hoc
 regno, quod exigebat Christus, cum
 diceret: *Amen dico vobis, quod omnis,
 qui reliquerit domum, vel fratres, aut so-
 ros, aut patrem, aut matrem, aut uxorem,
 aut filios, aut agros, propter nomen
 meum, centuplum accipiet, & vitam æ-
 ternam possidebit.* Matt. 19. v. 29. Ita-
 que sicut, cum aliquis jam integrè ex-

olvit pretium constitutum à Principe
 pro adeptione Commendæ, Comita-
 tûs, Marchionatûs, dici jam potest Do-
 minus ejus Commendæ, Comitatus,
 Marchionatus, quamvis nondum sit a-
 dita possessio. ita dici potest dominus
 Paradisi, qui pari modo exolvit pretiũ
 pro eo sub certâ verborum formulâ
 constitutum à Christo. solum restat,
 ut, qui pro Christo se redactum videt
 ad hunc statum veri Pauperis, in eo
 persistat, & nolit in hoc ipso statu rur-
 sus affici rebus terrenis, commoditati-
 bus, dignitatibus, honoribus, præroga-
 tivis, quæ non sunt propriæ status. Quid
 aliud hoc foret, quam paulatim recipere
 pretiũ, quod exolvit, & sic excidere
 jure, quod habebat ad Regnũ? Ceterum
 qui in statu Paupertatis totâ vitâ pro-
 DEO manet verè pauper, & ut paupe-
 rem se gerit, pauperem profitetur, nec
 ille beatus est! o quam securus est Para-
 disus! & ideo en ut Evangelica Paupe-
 ritas constanter servata signum est præ-
 destinationis. imò ista signum est om-
 nium, quæ possunt esse, manifestissim-
 um. quippe negari non potest, ejus-
 modi signa etiam reliquas esse beatitu-
 dines sequentes, sicut ex singularum
 explicatione constabit, nobis ta-
 men tam clara non sunt. Quis enim
 certus esse potest, inesse sibi Mansuetu-
 dinem, quæ requiritur, inesse mansueti-
 curam, Justiciam, misericordiam, mundi-
 tiem, pacem, quæ requiruntur?
 Virtutes istæ præcipue inus in animo
 consistunt, & hinc hæc ipsæ quoque si-
 ne dubio sint pretium illud, quo emi-
 tur Paradisus, attamen non tam bene

ostendunt, eujus perfectionis & ponderis sint. at reliquisse omnia propter DEUM, & se gerere ut pauperem, profiteri se pauperem res est, quæ palpari possit, & ideo ô quantam vobis præstare securitatem potest! Tu igitur quid ais, qui hæctenus nondum potuisti in te excitare amorem beatitudinis tam pulchra! quæ infania? uno solo generosæ voluntatis decreto ejus fieri posse participem, & id tamen negligere?

3. Considera, quare Christus primam hanc posuerit beatitudinem, Paupertatem. Causa fuit, ut removeret præcipuum impedimentum salutis, quod habent homines, nempe divitias. *Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum caelorum.* Matt. 19. v. 23. quia licet etiam Paupertas plurimorum causa sit malorum juxta illud: *Propter inopiam multi deliquerunt.* Eccl. 27. v. 1. id solum tunc fit, quando odio habetur, non quando amatur. Imò, cum amatur, bona affert maxima: quia, ut alia deessent, plurimum juvat, ut quis sit humilis, mortificatus, modestus. id quod inter opes perfectè obtineri vix potest. Unde spiritus Domini nunquam urget ad abjiciendas divitias, sed non curandas. *Divitia si affluant, nolite cor apponere.* Pl. 6. v. 11. Præterquam quòd ista Paupertas reddat hominem promptiorem, magisque expeditum ad eundem post Christum in quamvis partem Universi, & sic Christus eam posuit fundamentum Apostolici muneris. *Qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus*

esse discipulus. Luc. 14. v. 33. Nec ibi tantum. sed hæc ipsa est fundamentum omnium reliquarum beatitudinum subsequencium. quia ad obtinendas virtutes, quas continent, attendas, Paupertas plurimum cavet. Pauperi facilius est esse misericordem, facilius lugere, facilius immolari Justitiæ victimam, facilius esse misericordem, facilius esse mundo conciliabilem, facilius altissimam servare præsertim turbas totius generis humani, cuius in statu, in quo nullius rei curatur, ideo Christus hanc posuit primam se ceterarum beatitudinum, Paupertatem in terra ex puro amore Dei disponatam. O si nosset, quæ preciosa sit sponsa, quanto illam cupere amplectereris affectu! Ecce Dei filium, qui optime nôsse illam poterat cum in caelo illam habere sponsam non posset, de caelo in terram descendit, et eam sibi desponderet. *Ego enim ipsa est, cum esset dives.* 2. Cor. 8. v. 9. imò non possis amplius hanc Paupertatem tibi copulare, saltem ne conercent, te derideas, ne in animo possit ponas eam divitias, quæ etiam hodie à multis prima beatitudinum inter Mundi sectatores reputantur.

4. Considera, quomodo hinc beatitudini primo loco promittatur à Christo respondeat donum illud spiritus Sancti, quod Timoris dicitur, nam qui DEUM timet vehementer, qui timer ejus judicia, castigatus, maxime verò alterius mundi, quæ momentis singulis illi possit de-

pervenire, & quàm animosè omnibus
le spoliat, quæ plerisque eorum ma-
xima sunt causa! tales autem sunt
opes amara. *Divitia conservate in
malum Domini sui.* Eccl. 7. v. 12. Vi-
desne, quid agant navigantes, cum
arget imperus furiosæ tempestatis?
Illico properant, ad apprehendendas
merces etiam cariores de lana, lino,
argento summi pretij, & eas sine discrimi-
nate in aquas proijciunt, tantum in
ipsis potest timor pereundi, si majore
audaciâ retinere velint suas merces
etiam in conspectu frementis Pelagi.
*Timerunt nauca, & miserunt vasa,
quæ erant in navis in mare, ut allevia-
rentur ab eis.* Jonæ 1. v. 5. Ita faci-
ant, qui verè timent, ne pereant in
Mati longè magis horrido, quale il-

lud est Justitiæ Divinæ, cum in iram
allurgit. Eunt ad salvandos se ipsos,
eunt, inquam, celeriter projectum
divitias, pondus illud infaustum, quod
inclinare navim potest. Quid igitur
est contrario dici potest de tot di-
vitiis, qui pro eo, ut leviolem na-
vim suam reddant inter tempestates,
student potius eam aggravare pro vi-
ribus labore incredibili, & ardore in-
audito. *Coacervant argentum quasi
humum.* Zach. 9. v. 3. non habent timo-
rem. si vel parùm timerent, an
credis tam stupidos futuros, ut, cum
ad vitam servandam projicere merces
oporteret, ipsi vice versâ ad servan-
das merces proijciant se
iplos?
* * *

VIII.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Matt. 5. v. 4.

Considera sensu proprio loquen-
do Mansuetos esse, qui facile re-
primunt motus iræ, hoc est, ardoris
adversus illos incitantis, qui nos of-
fenderunt, nos offendunt, aut volunt
offendere. Ita est, si bene confide-
res, ejusmodi facilitas triplici ex ca-
piti nasci potest. I. è solo lumine
naturali, quod tibi detegit ingentem
deformitatem, & inordinationem,
quæ inest iræ, si non militet Rationi,
sed eam aspernetur. Et ista quidem
est virtus, sed moralis, quæ multis et-
iam Gentilium communi extitit, ut

Socrati, Antigono, Anaxagoræ, & alijs
ejusmodi, qui Mansueti erant so-
lùm, quod erubescerent apparere ira-
cundi. II. Ex mera reverentia legis
Christi, qui modis tam expressis, &
emphaticis omnem tibi prohibet vin-
dictam. Atque ista verè est virtus
Christiana, sed ordinaria: nam ipsa
non facit, ne, dum reprimendus est
iræ motus, plurimum patiaris. III.
Ex magno in DEUM amore, qui fa-
cit, ut propter ipsum libenter tolere
omnem propriam offensam, & ex ma-
gno simul odio tui, quod facit, ut nec
ser-

ooo o o ;

sentias quidem. atque hæc demum virtus est non Christiana tantum sed heroica: atque ideo hæc etiam est illa virtus, de qua loquimur hoc loco, quia hæc te verè facit Mansuetum. Ne putes ergo, quando Christus hic dixit: *Beati mites*, eum voluisse beatos dicere omnes, quotquot in hoc mundo sunt, Mansuetos. Eos tantum pronunciare beatos voluit, qui sunt præditi ista mansuetudine tam ardua, tam solidâ, quam modò diximus: quia in ea vera reperitur quies. Scire cupis, an possideas donum tam præclarum? nemo id tibi melius dixerit quàm cor tuum; fieri enim potest, ut sit velut parvus quidam *Æna*, qui solus suæ conscius est flammæ. Ô quoties tu quoque Mansuetudinem affectas, sed non habes! *Beati mites*, non est beatus, qui potest apparere mitis, sed esse. & hoc in mundo paucorum est.

2. Considera, quomodo Mansuetudo, quam diximus, sit signum prædestinationis prorsus egregium. primò quia te reddit similem Christo, qui tanti fecit hanc virtutem, ut ex ea sibi nomen asciverit? *Dicite filie Sion, ecce Rex tuus venit tibi mitis & mansuetus.* Matt. 21. v. 5. Secundò, quia servat ab innumeris periculis peccandi, quatenus servat ab ira, quæ est vitium maxime capitale. *Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior.* Prov. 29. v. 22. tum ratione objecti, quod est vindicta, melle dulcior homini, tum ratione imperiis, quo ad illam anhelat, qui

est velut amentis. *Perdis animam tuam in furore tuo.* Job. 18. v. 4. Tertiò, quia incredibilem gratiam, quæ tranquillitatem reddit bonum, dam in mansuetudine conferat. *Mansuetus dabit gratiam.* Prov. 3. v. 34. Hæc cum Christus hic dixit: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*, non terram istam intellexit, quæ a ferocibus possidetur & in illam intellexit, in qua hi spiritibus cum non habent, nempe celam, nempe Empyreum. Sed hoc nomen Terræ compellavit, quia sicut oleæ herbæ serpens æneus Serpentem in Cruce suspensum, Mare Superbum, Manna Eucharistiam significat, de quævis alia figurâ licet obviat significatum, ita Terra, quæ antea dicebatur promitti, ipsis celam significabat: *Dixi: tu es spes mea inter viventium.* Psal. 141. v. 6. *Salvatores Dominum hereditabunt terram.* Ps. 36. v. 9. *Benedicta est terra, quæ hereditabitur.* Ps. 36. v. 11. Hæc huc clariùs ad propositum redit. *Mansueti autem hereditabunt terram.* Ps. 36. v. 11. atque hic est propositus, ad quem Christus in sermone alludit, nisi, quòd, ubi *Mansueti hereditabunt*, quia in ætate veni poterat equidem hereditari beatorum Cælestis, sed non poterat possideri. Ut ut sit, videlicet, quomodo obtineatur Paradisus? obtinetur ostendendo, videre soles hanc terram, quam pedibus calcas, passim obstruere per lites, contentiones, contumelias

& pugna; asperrimas. Sed ne putes eodem modo obtineri illam, quæ super sidera est. illa obtinetur mansuetudine, hoc est; cedendo omnibus. *Beati micos, quoniam ipsi possidebunt terram.* atque ista est altera ratio, quare hic sit usus isto modo loquentium idiomata suum magis redderet obtemperandum.

3. Considera, quæ sit causa, cur Christus, postquam primo loco jam dixit: *Beati pauperes*, subjunxerit secundo: *Beati micos*. causa fuit, quia ante omnia necessarium pauperibus est, ut se præparent ad contemptum. hic quippe mos est mundi fatui, ut æstimet homines sicut metalla & marmora, ex splendore. *Dives locutus est, & omnes tacuerunt, pauper locutus est, & dicent: Quis est hic?* Eccl. 13. v. 28. atque ideo necesse est, ut, qui omnia reliquit propter DEUM, armet se imprimis insigni quadam mansuetudine, quæ resistat probris & contumelijs, quæ illi proximè imminet. Verum est, id ipsis etiam esse facilius, si velint, eò quod sint liberi ab obligatione sustinendi vanas Mundi versutias. Et ideo etiam Pauperati mox jungitur Mansuetudo, quia nimis indecorum est videre pauperem, præsertim Spiritu, elatum, rigidum, contumacem, insolentem: *Pauperem superbum.* Tu ergo si sis pauper necessitate, debes sperni. Si voluntate, debes etiam amare; quia amanda sunt omnia, quæ sunt consequenter connexa cum statu, quem elegisti.

4. Considera, quare id, quod præ omnibus tibi serviet ad iram vincendam, hydram illam tot capitum, sic amor contemptus. Causa est, quia illam uno ictu prostermit, ama contemptum, & eris mansuetus. dic enim; quinam sunt, quibus maximè soles irasci? an fortè omnes, qui te graviter offendunt? neutiquam. quia, si agnoscas eum, qui te offendit, habere causam offendendi, uti habet Princeps, herus, Minister, cum te punit alicujus causâ delicti, rogas equidem, cruciaris, tristaris, sed non irasceris. tunc irasceris, cum te judicas contemptum. & hinc, cum te aliquis offendit per ignorantiam, aut inconsultè, non irasceris, aut non nisi levissimè; quantum scilicet æstimas eum de fuisse officio considerandi, quid ageret. Magis illi irasceris, qui te offendit actus impetu furoris: sed nec eo casu irasceris summè. tunc summè irasceris, quando is, qui te offendit, studio hoc facit, atque ex destinato, ac palam, indèque gloriatur, quia iste etiam summum demonstrat contemptum tui. Age igitur, quod dico tibi, ama contemptum tui, & sic nec minimum irasceris, nec parùm, cum te videris contemni. Sed non amas. tu equidem subinde contemnis te ipsum verbis demissionem præferentibus, sed non sustines contemni etiam paribus verbis, quæ ipse in te pronunciat. hoc si est contemnere seipsum, certè non est amare contemptum; prout necesse est, ut sis mansuetus. *Sæpe*

pe proinde cogita offensas, quibus in DEUM deliquisti, & tunc sancto exardescens odio contra te ipsum, non solum amabis contemni, sed obstupesces, quod non ab omnibus contemnaris.

5. Considera, quomodo huic secundae Beatitudini respondeat dominum, quod Pietatis appellatur. nec mirum: quia Pietas perinde servit maxime ad obtinendam mansuetudinem. Et quid est Pietas, nisi virtus illa, quae inclinatur, ad agnoscendum DEUM Patrem nostrum, & ut talem vero obsequio colendum? Jam vero si DEUM ut talem agnoscis, an non etiam probe nosti, cum tibi singulari Providentiâ adesse, dirigere, amare, & ideo quidquid permittit adversi, to-

tum vertere ad majus tuum emolumentum? quâ igitur ratione tantum facile moveris ad casum quemcumque minus prosperum? hoc est Patri destitui, quia est deesse debentem Patri officio. Si quis te ostendit si mortificet, si maledicat, quomodo potest? quia Pater permittit. tamen tu irasceris, quâ in ira tuum Patre fierent. *Dimittite eum, ut maledicat, tu quoque dic cum Deo de quocunque tuo Semel, qui maledicit; Dominus enim præcepit in manu diceret David: Equus est, quomodo dicere, quare se fecerit? 1. Reg. 16. v. 9.* Hic est actus vera Pietatis, & hic quàm maxime reddet tibi facilem Mansuetudinem.

IX.

Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

2. Considera, quamvis nomen Luctus in præsens amplam habeat significationem, initio tamen fuisse institutum ad significandam propriè illam tristitiam, quæ nascitur ex amisso bono. Sacras paginas evolve, & videbis id semper inferri, cum dicitur: *stola luctus, dies luctus, domus luctus, eborus luctus, &c.* & etiamnum hodie dicuntur equidem in summa tristitia versari conjuges illi steriles, qui tam diu Cælum fatigant pro impetranda prole, nec tamen impetrant, sed non dicuntur in luctu versari, sicut illi, qui eam amiserunt, vel amitten-

dæ sunt proximi. unde ut tunc solent omnino ab ijs desicere & solitari à quibus steriles non absterent, isti in luctu non sunt. Quid præ facile intelligis, quinam isti, qui hoc loco Christus propriè beatus vocatur, cum ait: *Beati, qui lugent.* Sed illi, qui plangunt bonum amissum. Sed quid? an igitur beati omnes, qui lugent mortuum? Beatus, qui luget ob pecuniam amissam? Beatus, qui luget ob dignitatem, quâ excidit? Beatus, qui luget ob honorem, quâ perdidit? Beatus, qui luget ob vitam, quâ perdidit? Beatus, qui luget ob spem, quâ perdidit? Beatus, qui luget ob fidem, quâ perdidit? Beatus, qui luget ob caritatem, quâ perdidit? Beatus, qui luget ob pacem, quâ perdidit? Beatus, qui luget ob salutem, quâ perdidit? Beatus, qui luget, quoniam ipsi consolabuntur.

lucet. at isti non possunt esse lugentes illi, quos tu mihi opponis. quippe si etiam mare lacrymarum profundecent oculis, nunquam possunt suas resarcire jacturas: & ideo nequit solatio leniri dolor. Qui mortuum lugens, luctu suo non restituit illi vitam. qui luget pecuniam vel dignitatem amissam, non recuperat: & ideo eorum luctus beatos non facit, quia ipsos consolari non potest. potius facit magis absque fructu. Beati sunt ob luctum suum, qui jacturas suas deplorant, in quas per peccatum incidunt, nam hi soli, eas restaurare luctu suo possunt, atque adeo hi quoque opportunum solatium recipient. Jacturae istae sunt duae, bonorum gratiae, & bonorum gloriae. En igitur, quos hoc loco Christus praecipue beatos pronuntiavit, cum dixit: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* eos scilicet, qui ejusmodi dolent jacturam, & ideo omni modo satagunt eam sinceram penitentiam resarcire. Tu ergo quid agis, qui tanto pere lamentaris, vel minimam boni alienigenae terreni jacturam? ad usum nobiliorem reserva dolorem tuum, nempe ad deploranda, quae momento perdidisti peccando, bona gratiae, & gloriae: secus doler tuus non solati erit tibi inutilis, sed & noxius.

1. Considera, quomodo luctus iste tam praeclearus sit argumentum praedestinationis. *Beati, qui lugent.* quia ipse affert secum reparationem certissimam geminae illius gravissimae jacturae. *R. P. Pauli Segneri Manna Anima.*

cturae bonorum Gratiae, & Gloriae. *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Tribus modis accipere solatium potest, qui dolet bonum aliquod amissum. primo si ammetur ad sustinendam patienter jacturam, quam fecit. Secundo, si detur bonum aliquam ratione aequivalens alteri amisso. Tertio denique, si reddatur ipsum bonum, quod perdidit. qui hoc modo aliquem solatur, verè solatur. uti Christus olim consolatus est viduam de Naim. Cum igitur hoc loco dixit: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur,* certè non potuit intelligere consolationem primi generis, haec enim nimis foret indigna, nulli dici unquam potest, ut patienter ferat jacturam Gratiae, vel Gloriae, quam per peccatum incurrit, dici potius illi debet, ut nunquam desinat lugere. Nec illa potuit intelligi secundi generis, quia non est ullum hujus Mundi bonum, quod vel eminus aequivaleat bonis per peccatum amissis, Gratiae, inquam, & Gloriae. Restat igitur, ut Christi propositum fuerit solum loqui de consolatione tertij generis, quae sola vera est consolatio. Ideo dixit: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, vel consolationem accipient,* uti pro majore claritate legunt nonnulli. quia vera consolatio, de qua loquitur hic Christus, tota futura est. Negari nequit, quin beatum hunc luctum etiam in hoc Mundo summam quaedam comitetur consolatio. Sed ista tota nascitur à solatio, quod capitur de flore tantam

PPP PP

quam

quam archâ futuri fructûs. *Falti sumus consolati.* Ps. 125. ceterum non potest ista unquam esse perfecta, quia semper superest metus, ne flos exarescat. Fiducia recuperatæ gratiæ per peccatum amissæ plurimò semper pavore turbatur. *Quis potest dicere: mundum est cor meum?* Prov. 20. & multò magis turbatur illa, quam quis habet, perseverandi usque in finem in gratia recuperata. Perfecta igitur consolatio solum erit illa, quæ nascetur de fructu maturo. & hæc demum obtinebitur in Paradiso, quem hoc loco Christus nomine Consolationis pollicitus est, non solum quia omnis pœnitens ibi cum securitate recuperabit bona gratiæ, & bona gloriæ, pro quibus hic lugeat; sed & bona recuperabit temporalia, quibus se ipsum privavit, ut viveret in luctu, qualia sunt voluptates, honores, amicitia, dignitates, commoditates, & cetera quæque parùm lugentibus accommodata. ô quàm ista omnia maximâ cum usurâ reddentur! & ideo quid metuis, quod ut pœnitens in luctu nunc vivas, & non sit, qui te consoletur? *Consolatio abscondita est ab oculis meis.* Ose. 13. v. 14. Maeste animo, luctui tuo illa consolatio succedet, quæ sola est vera, illa, inquam, quæ redditura tibi est bonum amissum. *Ego ego ipse consolabor vos, dicit Dominus.* II. 51. v. 12.

3. Considera, quare Christus positus pro fundamento his verbis: *Beati pauperes Spiritu,* subjunxerit *Beati mites,* & tum: *Beati, qui lugent,* & non:

Beati, qui lugent, deinde: *Beati ro,* prout apparet in editione vulgari, cui semper melius inhaeremus. Ratio est, quia sicut Pauperes ad se instruit ad Mansuetudinem (jam quod precedenti meditatione monstravimus) ita Mansuetudo materiam disponit ad Luctum, & idem debet præmitti. Accedit, quod Christus tribus hæc Beatitudinibus modo coplicatis totum veterem hominem componere & ordinare voluerit, quod se ipsum. & ideo primò voluerit conculcare bona, quæ sunt ista, qualia sunt bona externa, quæ per divitias, factio deinde transit ad interna, voluit eum immunitate robari Irascibilem per Luctum, & tum Concupiscibilem per Luctum, quia sedatis motibus iræ roboratur, quæ tendit ad ardua, tempus est potè attendendi anima propria, & deplorandi miserias privando tum ea propter ipsas voluptates temporis vel imperfectis, quæ parum temporibus conveniunt, & ecce tunc potè verè cognoscere, an vivas in luctu signis, quæ talem statum commostrant.

4. Considera signa ista temperata esse, quæ ad Concupiscibilem spectant, quibus proximè adversariis Luctus quippe qui verè in luctu versatur, adduci vix potest, ut modicum probemittat, adeò illum nauseat, cogit, an ille adiciat animum ad convivia, ad epulas opparatas. Luctum comitari solet jejuniis, *Beati na flebat, & non capiebat cibum.*

Reg. 3. v. 7. Quisquis in luctu degit, suscipit confabulationes, scenas, speculaculo, choreas, & tot illa diverticula, quæ humana hilaritas adeo deperit. *Musica in luctu importuna narratio.* Eccl. 22. v. 6. Qualem igitur esse luctum tuum ostendes, si his lites affixus? Sequuntur signa spectantia ad Irascibilem, quæ ad aliud non tendit, quàm ut emineat, & ideo cum luctu malè componi potest. Qui in luctu versatur, gloriam non ambit, sed eam pedibus proterit. Tempus tunc est, ut erga omnes modeste se gerat, ad omnes recurrat, omnibus se commendet, omnium se estimet miserimum. *Quasi lugens & contristatus se humiliabat.* Pl. 34. v. 14. Dic igitur denuo, qualis sit luctus tuus, si hoc modis studeas nomen tuum ad usque sidera efferre? si verè lugeres, magis te demitteres, quàm mæstus ille Miphiboseth, qui respondit Davidi inter honores ab ipso delatos: *Quis ego sum servus tuus, quoniam respexit super canem mortuum similem mei?* 2. Reg. 9. v. 8. Tertio demum loco veniant signa illa, quæ spectant ad bona externa, dicta à plerisque bona fortunæ, ad delicias, pompas, largitiones, profusiones. Non est eorum, qui versantur in luctu, superbè vestiti, imò tunc deponitur ornatus omnis, deponuntur gemmæ, & sumuntur vestes lugubres: *scissisque vestibus induit est Jacob cilicium, lugens filium suum multo tempore.* Gen. 37. v. 34. Ertu quid agis? an etiam in luctu tuo renunciasti cuicunque gens-

ri vanitatis etiam minimæ? Ades aspice lugentis, & contemplare nudos parietes, spoliata cubilia, neglecta strata. Istud est signum veri luctus. Secus si agas, non vivis in luctu. Ideoque hinc collige, quid Christus voluerit, cum dixit: *Beati, qui lugent.* Loqui voluit de ijs, qui cor habent penitus abstractum ab his, quæ cum luctu non bene junguntur.

5. Considera, quomodo huic tertie Beatitudini respondeat donum scientiæ: quia ista præ omnibus tibi afferet compunctionem illam majorem humanam, quæ te debet beare. *Qui addit scientiam, addit & dolorem.* Eccl. 1. v. 18. Quid est, quod tot Christiani non lugeant jacturas suas etiam planè maximas? quia tot sunt ignorantes, nesciunt, qualia sint bona amissa, bona Gratiæ, & Gloriæ. & ideo minus dolent ex istorum jactura, quàm si de stabulo cursorem equum, vel canem amisissent venaticum. alius est sensus eorum, qui honorum istorum vivam habent scientiam. ô quanto illos mærore affligit, si ea se perdidisse advertant! *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est DEUS tuus?* Pl. 41. Ecce igitur verum modum exigendi in luctu dies, penetrare incimè, quid sit peccasse. Tunc enim verò parùm videretur lugere, iur ad lacrymas, ad lamenta, ad faciendam, si fieri potest, sui ipsius lamenam. & hoc demum est vivere, ut faciunt nonnulli, non solum in luctu, sed in luctu & fletu, & planctu. an

putas fortassis ita loqui esse frustra inutilia cumulare vocabula? vehementer falleris. Ista potiùs sunt voces, quæ explicant omnes gradus pœnitentis, ut oportet: *Luctus, fletus, & planctus*. Luctus est dolor summus corde conclusus. Fletus sunt lacrymæ, quibus exoneratur dolor. Planctus sunt actus illi diverberandi, cruciandi, sæviendi in se ipsum, qui talibus lacrymis junguntur. Ita magnis visum est Doctoribus. unde vides luctui in Scripturis Sacris opponi gaudium, prout apud Salomonem legitur: *Extrema gaudij luctus occupat*. Prov. 14. v. 13. Fletui opponi risum. *Tempus flendi, & tempus ridendi*. Eccl. 3. v. 4. Planctui opponi tripudium. *Tempus plangendi, & tempus saltandi*. Eccl. 3. v. 4. En igitur, quid te facere oporteat, ut vivas ad modum perfectè pœnitentis. Conserva im-

primis in corde tuo invidiam & punitionem ob tantum excessum tui à te commissi. deinde supra modum & frequenter plange coram DEO, siquidem favore isto his diebus sin minus, saltem plangere desiderium non cessa carnem tuam affigere, quoad potes pœnitentia opibus viribus tuis respondentibus, & liciorum, punitionum, verberum & ejusmodi. *Luctum unigeniti filii tui planctum amarum*, qualis fuit quem audisti. Jer. 6. v. 26. Ne putes solum luctum ordinatum habere esse, qui facit beatum. Iam esse oportet, qui à planctu non separatur, & à planctu quidem animi, & quidem Beatitudines, & omnes concludunt, à Christo recedunt. Iam non sunt, quam virtutes continentur Christiano, sed virtutes in quibus quodam heroico possesse.

X.

Beati, qui esuriunt, & sitiunt Justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Matt. 5.

Considera nomine Justitiæ intelligendum hoc loco, quidquid homo justus operatur, hoc est, omne genus virtutis: *Beati, qui faciunt Justitiam in omni tempore*. Pl. 109. Nota proinde, quomodo Christus non contentus hîc dicere: *Beati, qui faciunt*, juxta verba Psalmistæ, ulterius progressus sit, dixeritque *esuriunt & sitiunt*: quia satis non est facere semper

anhelare ad id magis etiam faciant ardore quodam immenso. Iam illa Beatitudo spectat ad Incipientes, & Proficientes, & Perfectos. qui omnes ut famelicj & sitibundi nunquam debent dicere: satis est. non contenti Incipientes se fore de numero Beatorum, si in principio conversionis hîc applicent ad faciendum bonum velint tate languida, non secus ac si accedant

rent ad mensam sed cum fastidio. necesse est potius, ut applicent se ipsos cum proposito, siquidem fieri ullo modo possit, obtinendi sanctitatem, & non dicant, uti faciunt nonnulli: modò locum in caelo habeam, satis mihi est, qualiscunque demum fuerit. ð stultum sermonem! Et Proficientes non putent se fore de hoc censu beatorum, si consecuti gradum aliquem virtutis existiment se in eo tanquam metâ suâ posse conquiescere. non est metâ in servitio Divino. *Quis justus est, iustificetur adhuc.* Apoc. 22. v. 11. & sic illis semper ad majorem perfectionem tendendum est, quasi nunc incipient. *Cum consumaverit homo, tunc incipiet.* Eccl. 18. v. 6. Nec ipsi Perfecti de hoc numero censendi sunt, si contenti bonis, quæ faciunt, eadem in aliis non procurent, quantum possunt: quia fames & sitis Justitiæ non restringitur ad proprium duntaxat bonum, sed extenditur etiam ad alienum. causa est, quia in refectione corporali quanto plus aliis porrigis, tanto minus haud dubiè ipse nutritis, at in spirituali contrarium accidit: tanto magis ipse te nutritis, quanto plus alimenti tui aliis largiris, atque ideo fames & sitis Justitiæ, quæ te consumit, nullam excusationem afferre potest, quin liberaliter pandas granaria & horrea tua toti vicinæ. imò etiam remotos voca, ut abunde satientur. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod misi vobis.* Prov. 9. v. 4. sic enim omnino demonstrabis te veram habere famem Justitiæ, veram sitim (si-

tim quoad bona, quæ sunt similia potui, hoc est, faciliora, famem quoad bona similia cibo, hoc est, duriora) & sic pariter beatus eris. *Beati, qui esuriunt & sitiunt Justitiam.*

2. Considera, quomodo fames ista, & sitis, quas diximus, signa sint Prædestinationis, quia ad altissimum evehunt in caelo gradum. Ideo dicebat Christus: *Beati, qui esuriunt & sitiunt Justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Quòd ad caelum te efferant, indubium est, quia cum Christus te satiandum affirmat, alio id loco fieri nequit. In terra esurire semper & sitire necesse est. Ratio est, quia nunquam eum sanctitatis gradum potes consequi, qui sufficiat, imò tunc solum notabilem Justitiæ gradum consecutus esse censeberis, cum proficiendo cognosces, quàm procul adhuc absis.

Ira S. Augustinus agebat: *Multum in hac vitâ ille profecit, qui quàm longè sit à perfectione Justitiæ, proficiendo cognovit.* Lib. de spir. & lit. c. ult. Restat ergo, ut satiari duntaxat in caelo possis, ubi est perfecta Justitiæ. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Pl. 16. v. 23. sed non minus hinc probatur, quòd ad altissimum in caelo gradum provehât, quia satieras ubique desiderio ex æquo respondere debet, non sufficit satiendo vehementer esurienti vel sitiienti, quod sufficientissimum est alteri, qui tenuissimum habet desiderium refectionis vel refrigerii. Idcirco cum Dominuste satiandum Justitiæ asseverat, etiam positâ, quam sentis, aviditate, necesse est tibi longè lautius parari con-

PPP PP 3 vivi-

vivium, quam aliis contingat minus anhelantibus. atque hoc est consequi in cœlo gradum altissimum. *Esurientes implevit bonis*: non solum refecit, sed implevit. Luc. 1. quia quisquis habet in cœlo plus justitiæ, etiam plus accipit præmii, quam qui minus habet. Quid agis igitur, quod non omni modo allabores accendere in te famem, sitimque tam utilem? consequi eam cupis? noxios humores pelle. Jejuna tantisper, sed stabiliter, ab illis illecebris vel sensualibus vel sensibilibus, quibus nimium gravaris. Incipe vice versa gustare nonnihil delicias spiritus. crebræ vaca orationi. collige te ipsum ad contemplantum, quam sit pulchrum esse justum, quam utile, quam jucundum, quam gloriosum. ita in te excitabis tantam famem Justitiæ, tantamque sitim, ut tabescas, si cogites te in hac misera terra plenè satiari nunquam posse.

3. Considera, quæ ratio Christum induxerit, ut hanc beatitudinem quarto loco collocaret. Ratio est, uti SS. Patres advertunt, quia postquam per beatitudines priores hominem removit à malo, ab affectu scilicet ad bona ista inferiora, efficiendo, ut suis omnibus renunciaret, ab affectu excellenti, mansuetudine retundendo Irascibilem, & ab affectu ad voluptates corporeas, reprimendo etiam Concupiscibilem magno quodam Luctu, supererat, ut eum etiam promoveret ad bonum, juxta Legem illam decantatam. *Declina à malo & fac bonum.* atque idcirco capir insinuando famem


illius, & sitim ardentem. prima enim preparatio est facturi bonum, ut illud capiat. Ita est, virtus contenta ut ad gradum Beatitudinis petere debet obtinere, uti sapiens dicitur gradum non communem ducere, sed heroicum, idcirco Christianus contentus qualicumque desiderio, istud foret Justitiæ, dicendo: *Dei qui cupiunt, vel concupiscunt* voluit esse desiderium illi simile, non flagrat famelicus quispiam vel sitidus; hoc enim est vehementissimum, quod sentire possit homo: *Esuriens est* vocibus tam bene id exprimitur: *esuriunt & sitiunt.* De his Jerosolymæ obsessis a Jebel Propheeta *Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam.* non ad satietandam, tantum enim sperare non poterant, sed solum ad refocillandam. 1. v. 11. & sic te quoque facere oportet, nihil hujus mundi curare, si agis dando alimento animæ tuæ tum nobili, nempe Justitiæ, quod ratio magis in pretio habendum. Hoc dicitur tibi reverà inesse desiderium, quod Christus voluit, desiderium esuriens & sitientis. si cunctis hisce modis, per supra adduximus consequi hoc desiderium non possis, illud saltem crebra desiderata: *desidera desiderare.* *Concupivit anima mea desiderare desiderationes tuas in omni tempore.* Ps. 143. Fac ad modum ægri, qui equidolorum caret appetitu, sed o quanti illum esuriret! eodem, inquam, modo quo tu fac, tantoque magis, quod in potestate ægri non sit consequi appetitum eo-

lo, quod eum concupiscat. tu verò si concupiscas appetitum Justitiæ tam ardentem, de quo loquimur, hoc ipso illum habere jam incipis.

4. Considera, quomodo huic Beatitudini respondeat donum Fortitudinis. Ratio est, quia ad superandas difficultates, quæ occurrunt, dum satisfacere cupis appetitui Justitiæ tam vehementi, tam vivo, quam diximus, non sufficit qualiscumque ardor, sed animis opus est. En quantis exponitur periculis ille famelicus, ut sibi de alimentis prospiciat, aut ille sitibundus, ut potum procuret. Ipsa interdum armata agmina perumpit, prout faciebatur, qui in Bethulia obsidebantur. ua-

de fortitudine est opus. sine ista nihil efficitur. *Desideria occidunt pigrum.* Prov. 21. v. 5. quia piger habet animi desiderandi, quantum quis alius, perfectionem: sed non perinde habet animum eam obtinendi. Ecce id, quod forsan te impedit à tot bonis, quæ continuò faceres: Languor spiritus. Times contraria, times dicteria, derisiones. pericula etiam vitæ, quæ sæpe possis incurere. Itaque cupiditati, quam fortè sentis maximam, faciendi bene, necesse est adjungi Fortitudinem. *Manus forium divitiarum parat.* Prov. 10.

v. 4.



XI.

S. Martinus Episcopus.

Beati Misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.
Matth. 5.

1. Considera eos, quos hoc loco Dominus beatos vocat, non esse dumtaxat illos, qui opera misericordiarum ipsi exercent, sive corporalia sint, sive spiritualia, sed illos quoque, qui eam non exercent, quòd illis vel vires, vel facultas, vel occasio desint, saltem exercere cuperent, si possent. unde non dixit: *Beati misericordiam exercentes*, sed *Beati misericordes*, ut à Beatitudine tam pulchrà nemo excludatur, nisi qui spontè velit. quippe Misericordia e-

quidem includit promptam voluntatem indigentibus succurrendi, sed solummodo si facultas non desit. *Misericordia est aliena miseria in nostro corde compassio, quæ utique, si possumus subvenire, compellimur.* ita S. Augustinus loquitur de Civ. DEI. l. 9. c. 5. Et ideo qui non potest aliquod genus Misericordiarum opere ipso exercere, non tristetur, quia nihilominus satis misericors est, si exercere desideret. *Quomodo poteris ita esto misericors. si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi*

bi fuerit, etiam exiguum libenter imper-
tri stude: primum enim bonum tibi
thesaurizans in die necessitatis. Job. 4. v. 8.
 Et quale istud est bonum primum, nisi
 illud accipere non minus atque eos,
 quos hic Christus Misericordes vocat?
 Verum est hinc etiam deduci, eum, qui
 eum possit, misericordiam non exer-
 cet, misericordem non esse: quia Mife-
 ricordia, si possit, desinere non debet in
 pampinos tantum animi condolentis,
 more Labruscarum, sed fructum pro-
 ferre: nam quid aliàs confert boni? *si*
autem frater aut soror nudus sint, dicat
autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace:
caesefacimini: non dederitis autem eis,
quae necessaria sunt corpori, quid prode-
rit? Jac. 2. v. 15. hinc est, quòd Domi-
 nus non solum appelletur *Misericors,*
 sed *Misericors,* prout saepius illum Psal-
 tes appellat, quia, cum ipse naturâ suâ
 sit propensus ad succurrendum nobis
 quàm liberalissimè, parùm nobis pro-
 desset, nisi re ipsâ succurreret. Ut de-
 inde Misericordia ista exerceatur in
 excelsa gradu, qualis scilicet ad omnè
 Beatitudinem requiritur, tres condi-
 tiones postulat solariis similes: ut se
 extendat ad omnes, hoc est, ad benefa-
 ciendum etiam inimicis. ut se extendat
 ad omnia, hoc est, ad benefaciendum
 in qualibet necessitate: & ut exercea-
 tur absque spe proprii emolumenti ju-
 xa illud: *Cum facis convivium, voca*
pauperes, debiles, claudos & cacos, & bea-
tus eris, quia non habent retribuere tibi.
 Luc. 14. v. 13. aliàs non foret illa Mife-
 ricordia sed quaestus sub larva charita-
 tis. Hoc posito quid tibi de te ipso

videretur? an putas te quòs in venia
 hoc censu Misericordiam? at quomodo
 inter eos censeberis, si adeo tu
 humanus, ut loco opportuni carum
 quod proximo tuopactes, vel ma-
 rationis ob defectus, quos tuam, in
 pius illum asperneris, aut averitas
 aut objurges, aut undique oreplice
 vituperes.

2. Considera, quomodo Misericor-
 dia signum sit eximium Praedesta-
 tionis non solum ob tot argumenta
 quae aliunde ducuntur, sed ob har-
 sa promissa, quae Christus verbi-
 stis expressit, quibus confidenter
 inhaeres. Beati Misericordes, appo-
 niam ipsi Misericordiam consequen-
 tur. Verum est de Misericordibus
 non dici: *Misericordiam consequen-*
tur à DEO, sed tantum: *Misericor-*
diam consequentur; quod penitus in-
 telligi potest de hominibus, quoniam
 ipsi propendent misericordiam
 reddere, sed qualis demum illa Mife-
 ricordia, quam praestare, homines
 possunt? admodum imperfecta, quae
 quidem ab aliqua te possit concurre-
 ferri, ab aliqua inopia, ab aliquo pro-
 culo, sed facere beatum nunquam po-
 rest. Beatum facere illa sola potest,
 quam DEUS praestat, imò nec illa po-
 liscunquae, sed ea tantum, victus tibi
 concedatur in gratia emori. De hoc
 ergo Christum locutum esse videtur, cum
 dixit: *Beati Misericordes, quoniam*
ipsi Misericordiam consequentur:
 siquidem praecipue intencio operum
 misericordiae, quae sunt, solet DEUS
 plerisque largiri gratiam opportunitatis

deserendi peccata, vel ab iis se tuendi, & hac demum ratione salutem consequendi. *Elemosyna*, sive corporalis sive spiritualis illa sit, ipsa est, qua facit invenire Misericordiam. Job. 12. v. 9. hinc intelliges, quare Christus in die iudicii sit contestaturus electis, se remunerari opera misericordiae, ab ipsis exercita potius quam tot alias virtutes, quibus excellabant. Castitatis, Obedientiae, Humilitatis, Mortificationis, atque ipsius mortis generose toleratae pro DEO. Ratio est, non quod propter opera misericordiae electi maiora accepturi sint praemia, quam ob alias eorum insignes prerogativas, sed quia ejusmodi opera praecipue fuerunt, quibus se reddebant idoneos ad obtinendam gratiam vivendi castae, obedientes & humiles se exhibendi, mortificandi se ipsos, & ipsum datam occasione subeundi martyrium. Et ideo horum die illo specialem Christus faciet mentionem, tanquam radicis, de qua postea pulularunt tot fructus. sicut e contrario impiis exprobrabit horum operum neglectum, quia hinc contigit negati ipsi gratiam illam efficacem, vi cuius fuissent servati a sceleribus deinde subsecutis, vel revocati. quippe sicut *Elemosyna facit invenire misericordiam* hoc est, facit obtinere gratiam illam efficacem, quam DEUS ahas non tenetur impertiri ita e contratio fraudatio illius facit, ne inveniat. *Propter nequitiam avaritia ejus iratus sum, & percussi eum, & abii vagus in via cordis sui. Isa. 57. v. 17.* Tu ergo quid agis, qui tantopere desideras misericordiam

R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

à DEO ne putes, quia salus aeterna misericordia vocatur ob gratiam, à qua dependet in prima sua origine, ideo non esse lucrificandam. Enimvero an non audis, quid dicat hic Dominus? non dicit misericordes misericordiam accepturos, sed consecuturos: *Misericordiam consequentur.* signum igitur est, misericordiam plerumque non conferri ut donum, sed ut praemium, quamvis tantam cum abundantiam, ut nunquam rationem misericordiae amittat. Et si confertur ut praemium, quid est, quod illam speres ut donum?

3. Considera, quare Christus hanc beatitudinem quinto loco posuerit. Ratio est, quia, postquam per Beatitudinem praecedentem hominem promovit ad faciendum bonum non solum in se, sed etiam in aliis per opera Justitiae, quorum quisque specialem habet obligationem, transit deinde ad eundem etiam ulterius promovendum, nempe ad faciendum quoque illud genus bonorum, ad quae alias tam strictè non obligatur. & talia esse oportet opera, quae hic misericordiae appellantur, opera, inquam, superabundantiae, & supererogationis, ut vocant. *Splendidum in panibus benedicent labia multorum.* Eccli 31. v. 23. Hinc est, quod, si pauperi cuidam in gravi necessitate constituto tantum largiaris de superfluo tui status eum vestiendo, recipiendo, reficiendo, vel aliud quodpiam praestando bonum ejusmodi, si strictè loquamur, nullam in eum misericordiam exerceas, quia suam illi praebes. Tunc misericordiam exerceas, quando illi

Q99 99

non

non solum status tui superfluum largiris, sed id quoque; quod tibi sufficere vix potest, & Divum imitatus Martinum pallium cum paupere partiris. Eodem modo quoad opera misericordiae spiritualia, ne putes tunc te misericordiam erga proximum exercere, quando eum corrigis ex officio, quo fungeris, ut quod sis ejus pater, herus, Parochus, Praelatus, hoc enim est Justitiae tunc exerces, quando ad ejusmodi correctionem nullo modo obligaris. Et sic neque tunc misericordiam exerces, quando doces eum, qui te solvit, consolatur, qui te sustentat, consilio juvas, qui tibi stipendium largitur, tunc exerces, quando nulla est obligatio, quae te stringat, nisi solius charitatis. Vide ergo, quod eniti te oporteat, si velis accenseri felici illorum numero, quos Christus hoc quinto loco beatos vocat. ad faciendum scilicet amplius, quam muneris tui ratio postulet, juxta illud, quod de se agebat Apostolus: *Ego autem libentissimè superimpendam pro animabus vestris.* 2. Cor. 12. v. 15. aliàs propriè loquendo eris equidem Justus (dum non omittis impendere te ipsum pro eo, ad quod obligaris) sed non es misericors. Talis eris, quando te impendes pro eo, ad quod obligaris, & superimpendes.

4. Considera, quomodo huic Beatitudini respondeat donum Consilii, quia nemo eo meliùs utitur, quam qui suo proximo misericordiam praestat. qui hoc agit, modico lucratur multum, quod est consilii maximè perspi-

cacis & providi. unde Daniel pueri-
ritissimo postulat à Rege Nabuchodonosor, ut hoc gratum haberet. *Quam ob rem Rex consilium meum accipiat tibi, peccata tua elemosinis remittam.* Dan. 4. v. 24. Ita est, condonare injuriam, maxime si gravis illa fuerit, & cum sensu doloris, opus est misericordiae, quod non nihil difficile accedat turae nostrae corruptae. porro quod est respectu summi lucri, quod in condonatione accipitur. eo alia non solum movet DEUM, ut omnino condonet, sed obligas vi solentis pressae sponsonis, quam fecit. *Domine, & dimittemini.* quo posito, cum proportionem habent illae offitiae, quas DEUS tibi remittit, si comparatur cum his, quas tu proximo condonatas? ista malum tibi afferens temporale duntaxat, illa malum creans aeternum. Quod si modico lucratur multum, qui opus misericordiae certam arduam, quale est condonare injuriam; quid faciet, qui nonnulla verba impendit, ut doceat peccantem solatium vel consilium illi afferat, eundem corrigit, vel nummos aliquos, ut è gravi necessitate corporali, tu premitur, eum eruat. Iste prodest est, de quo Ecclesiasticus loquitur, cum ait: *Est, qui multa redimat modico pretio.* cap. 20. v. 12. dat retinas, invenit caelum. numquid sanè est consilii tali studiosè attendere penitentioni? En igitur qualem merito decet nominari, qui non se totum impendendum vivit, hisce operibus misericordiae

dicz adeo acceptis DEO, tam corpora-
libus quam spiritualibus. sedum
arretur stulti nomen: *Stulte hac no-*
Et animam tuam repetent à te, & hac,
qua parasti cuius erunt? Luc. 12.
v. 20.

XII.

Beati mundo corde, quoniam ipsi DEUM videbunt.
Matth. 5.

Considera nomine cordis huma-
ni, si sumatur in sensu non pro-
prio sed metaphorico, qualis est præ-
sentis loci, aliquando intelligi in Scri-
pturis sacris Intellectum. *Obscuratum*
est insipientes cor eorum. Rom. 1. vers. 21.
aliquando Memoriam: *Conservabat*
omnia verba hac conferens in corde suo.
Luc. 1. v. 19, aliquando Voluntatem:
Quam bonus Israel DEVS his, qui recto
sunt corde. Pl. 72. v. 1. aliquando om-
nes istas facultates simul sumptas, pro-
ut earum usu præcipue opus est medi-
tanti. *Cor suum trader ad vigilandum*
ad oculum ad Dominum, qui fecit illum.
& in conspectu Altissimi deprecabitur.
Ecl. 39. v. 6. Cum igitur id fueris con-
secutus, ut simul mundæ sint omnes istæ
Potentiæ tam spectabiles, intrabis
felicitissimum numerum eorum, quos
hic Christus ore suo beatos pronuntiat:
Beati mundo corde. Sed quid est habe-
re mundas istas potentias? quis hoc ig-
norat: mundum est illud triticum cui
adempta est palea, mundum pomum,
cui detractus est cortex, mundus pan-
nus, cui fordes ablutæ, mundum aurum,
cui sublata est scoria. Itaque cum ab
omnibus hisce potentiis removeris,

quidquid facit, ut in suo genere sint
minus pura, sinceræque, tunc eas om-
nes habebis mundas. *Ab omni delicto*
munda cor meum. Ecl. 38. v. 10. Intel-
lectus mundandus est eum purgando
à doctrinis falsis, curiositatibus perni-
ciosis, consiliis præcipitatis, Judicis
pervertis. Memoria est mundanda per
oblivionem earum personarum, quas reli-
quisti in exitu de Ægypto, eorum com-
merciorum, commoditarum, rerumque
omnium, quarum recordatio spiritum
facile divertit à DEO suo. Voluntas
est mundanda non à culpis duntaxat
etiam levibus, sed ab illarum amore,
ab intentione perversa cuiquam pla-
cendi in ullo opere nisi soli DEO, ab
affectibus carnis, à cupiditatibus cor-
poris, ab ipsis motibus subreptiis, qui
facile excitantur à sensu rebelli. *Mun-*
demus nos ab omni inquinamento carnis,
& spiritus, perficientes sanctificationem
in timore DEI. 2. Cor. 7. v. 1. Qui hoc
assequitur, dicere cum veritate potest,
se esse mundo corde. Dices neminem
in hac terra saltem perfecte id posse
consequi. *Quis potest dicere: Mundum*
est cor meum? Prov. 20. v. 9. Id equi-
dem concesserim, sed nec in terra con-
sequi

se qui quisquam potest, ut DEUM perfecte amet ex toto corde suo. & tamen præceptum datur ex toto corde amandi, ut quisque prospiciens propoliturum sibi scopum, ad quem magnis passibus contendat, saltem quam fieri potest proximè accedat. Idem in casu nostro accidit. Quid igitur videtur tibi? an putas fore, ut appropinques ad eam munditiem, cujus tibi Idea propolita est? quo propior eris, eò etiam eris beator. sed DEUS avertat, ne sis de numero illorum, qui se mundos existimant, quando nec animum adjecerunt ad lavandum. *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. Prov. 30. v. 12.*

2. Considera, quomodo hæc mundities etiam ipsa sit signum Prædestinationis, & signum quidem proximū; quia ista est habilitas ad DEUM videndum proxima. Quæ est proxima aptitudo speculi, ut totum illustretur à sole: est esse tersissimum ab omni maculâ. Ita res habet in homine. Quando is habet jam teras facultates suas omnes, nihil superest, quàm ut DEUS in omnes effundat sui copiam splendoris. Porro quis nescit ejusmodi visionem in terra de lege saltem ordinariâ obtineri non posse? *Non videbit me homo, & vivet. Exod. 33. v. 20.* Restat ergo eam totam servari cælesti gaudio. atque hoc est, quod significare Christus voluit, cum dixit: *Beati mundo corde, quoniam ipsi DEUM videbunt.* si diceret: *contemplabuntur, considerabunt, intelligent.* verum diceret: sed diceret, quod speculis convenit etiam

offuscatis, qualia semper sunt hæc super terram: cum tamen loqui viderit de eo, quod homo consequi potest in cælo potest, ubi specula jam sunt mino lucida splendidaque: & sic dixit: *Videbunt.* Tu in cæcis vide, an operæ pretium sit studere tali munditiæ, quæ te præ quædam alia reddat idoneum ad videndum Deum. at quomodo eam obtineas mundando cor tuum iis quæ mundis, quibus soles mundare speculas, tergendo scilicet, perfricando, laudando. Absterio sit crebra diluio mali commissi, & eo dolore, & proposito, qui comitari solent Examen perfectum. Perfricatio sit penitus satisfactionis operibus, quæ ipsam finem suscipiuntur. Lavatio denique sit accedendo sæpius ad fontem salvatoris, qui sunt sanctissima Sacramenta, quæ Eucharistia Sacramenta. Verum est hæc ipsa munditia habere vim, nisi dependeat à Deo, quæ ad illorum usum te inducit, & in illi dei potissimum in Scripturis sacris dicitur purificatio cordis hominum. *Deus purificans corda eorum.* Actus, hæc hoc ipso infertur, ejusmodi munditia cordis certum esse signum Prædestinationis, quia sicuti meritum saltem credere firmiter, quod non videtur, quæ merces, quæ responderet merito, credere clare, quod credidisti.

3. Considera, quare Christus hæc Beatitudinem sexto loco posuerit. Beatitudo est, quia cum homo jam esset dispositus per Beatitudines præcedentes tam quoad se, quàm quoad proximum

ad se per tres jam explicatas, ad proximum per duas reliquas, æquum omnino erat, ut etiam disponeretur ad DEUM: atque ideo primò ponitur hæc mundities cordis tam necessària omnibus, qui propiùs agere cum ipso volunt. *Mundamini, qui feris causa Domini.* Isa 52. v. 11. Adde, quòd, cum in Beatitudine præmissà, plurimum depradicata sint opera Misericordiæ, facillè credere quisquam posset, ea sola sufficere ad salutem, prout aliqui volebant. Idcirco Christus sapienter advertit non satis esse habere cor tenerum, si fuerit impudicum, habere oportet etiam Mundum. An nescis, quot vivant more brutorum animalium, nec angipropereca, quia solent quotidie panes quosdam largiri pauperibus? *Quòd superest, dare eleemosynam?* *Ecce omnia munda sunt vobis.* ita præterdunt dixisse Christum ipsis Pharisæis rapti sordidis. Luc. 11. Sed pessimè abutuntur tali sententià, quamvis enim demus non fuisse illum loquendi modum Ironicum prout volebant nonnulli, constat tamen Pharisæos summum studium posuisse in ablucenda quotidie carne corporis omni genere balneorum, minimè subinde anxios, quòd conscientiam haberent inquinatam rapinis, fraudibus, imposturis, & damnis gravissimis, quæ faciebant Pauperibus. Unde dicebat Christus, ut lavacris externis, quæ illis minimè verabatur, adjungerent interna per actus eleemosynæ etiam frequentes, qui illos à præteritis extor-

tionibus purgarent, & tunc planè mundos futuros. En igitur quid velit dicere, cum ait: *Omnia munda sunt vobis.* vult dicere, non fore mundos omnino, si faciant more illorum, qui catinum summo labore foris lavant, intus non lavant. Ita est, Eleemosyna sine dubio plurimum valet ad delenda peccata, uti Angelus dicebat Tobit seniori: *Ipsa est, qua purgat peccata.* c. 12. v. 9. Sed solùm delet per modum dispositionis. Quodsi ergo, quæ tua est infelicitas, collo tenus hæreas immerfus vitij carnalis, fac sanè eleemosynam, plurimum illa proderit ad obtinendam à DEO gratiam emergendi è luto, in quo jaces. Aliud autem est facere eleemosynam, ad obtinendam gratiam jacendi in hoc luto ad finem usque, & tum salutem consequendi. Hoc non esset velle, ut eleemosyna deleat peccata, sed potius ut ea foveat. quis autem exposcere ejusmodi portentum potest?

4. Considera, quomodo huic Beatitudini respondeat donum Intellectus, quod consistit in excellenti quodam Lumine Divino, quòd mentem elevat ad intelligendas bene Scripturas Divinas, easque interpretandas in earum sensu genuino. *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas.* Luc. 24. v. 45. Convenit igitur hoc donum mundis corde duabus de causis, quæ mutuam sibi præstant operam. Convenit, quia munditie cordis conducit ad intelligendas Scripturas: & convenit, quia cognitio Scripturarum conducit ad

augendam munditiam cordis. Munditiam cordis conducere ad intelligendas Scripturas, indubitatum est, dum non solum utilis, sed necessaria est. Equis erit sana mentis homo, qui velit pretiosum Balsamum infundere vasi sordido: vult omnino prius purgari vas. ita facit Spiritus Sanctus. non vult infundere sensus Scripturarum vasi immundo. Quodsi tamen invenire sit aliquem, qui, quantumvis male vivat, satis doctè interpretetur Scripturas, ne putes id universim accidere, vi doni infusi. accidit vi doni acquisiti ab hoc illòvo interprete, quod sacra evolvendo volumina emendicavit. Ceterum *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* & tum: *Beati, qui scrutantur testimonia ejus;* ajebat Psalter pl. 118. v. 1. non dixit: *Beati, qui scrutantur testimonia ejus,* & dein: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege ejus.* Ita est, etiam intelligentia Scripturarum confert ad augendam cordis munditiam; dici quippe potest Scripturas Sacras esse instar Pa-

ctoli, qui undis suis non solum purgat, sed dirat. & ubi flumina conscientiarum humanarum sepe trahere solent peritidi & vestis, qualia sunt vitia, quæ reliquæ emulationis, superbia, ambitione, temeritatis, ista non solum non tollit, sed tollit, relinquendo, ubi undat, auri copiam, quæ sufficit ad quamcunque animam virtutibus dotandam. Ita cernis Sanctos, quæ magis erant in Scripturis eruditæ, fuisse majore sanctitate conspicere. Nec mirum. *Confirmatio abbreviata* (qualia sunt tot præcepta perfectionis comprehensa volumine cum parvo Scripturarum Divinarum summario abbreviata *vindicta letitiam.* If. 10. v. 22. non eritimes proinde male tempus illud collocatum, quod impendis cognoscendum habet sententijs, quas propono, & considerandis; facere quippe potest.

Sanctitas non solum in re invenitur, sed etiam in-

under.

* * *

XIII.

Beati pacifici, quoniam filij DEI vocabuntur. Matth. 5.

1. Considera pacem jam olim fuisse à S. Augustino Divinè prorsus duabus vocibus definitam, cum nominata ab illo fuit: *Tranquillitas ordinis.* Ordo, qualis reperitur in aliqua Republica bene quidem constitutâ, sed tumultuante ob crebras se-

ditiones, quæ in illa commoverentur, non sufficit ad pacem, quia *ordo* est tranquillitas. Tranquillitas, qualis reperitur in aliqua Republica quietâ, sed dissonâ ob defectum ordinis regiminis, nec ipsa sufficit ad pacem formandam saltem stabilem, quæ

tranquillitati deest ordo. necesse est, ut verâ fruamur pace, ordinem simul esse & tranquillitatem. Hoc animadvertio videbis, qui sint illi, de quibus proprie loquitur Dominus, dum hic docet: *Beati pacifici*. Isti certè non sunt impij, quia si in ipsis aliquando invenitur tranquillitas, prout in perditissimis accidit, non invenitur ordo, cum illorum studia sint omnino dissoluta, & parti inferiori contingat imperare, superiori obedire. *Non est pax impijs, dicit Dominus. Isa. 48. v. 22.* Nec communes, & vulgares sunt Iusti: quia, licet in his invenitur ordo, non invenitur tranquillitas, cum ordo in momenta turbetur ob frequentem rebellionem cupiditatum, quæ in ipsis adhuc audent tumultuari. *Expectavimus pacem, & ecce turbatio. Jer. 14. v. 19.* Sunt igitur Pacifici illi Iusti magis eximij, qui cum mortificatos jam habent affectus animi, faciunt, ut omnes pareant Voluntati, tanquam dominæ suæ, & ut ipsa volente subjecta sit DEO, non solum promptè & ad nutum illi obediendo, sed ejus ductui se penitus permittendo, quemadmodum se Filius Patri permittit amantissimo: ut aded, quidquid illis accidat, semper videas eos sibi similes, semper Latinos, semper placidos, semper contentos. nam isti veri sunt Pacifici: *Pax multa diligentibus legem tuam. Pl. 118.* nam in his reverè invenitur *Tranquillitas ordinis*. ordo quidem, quia in ipsis perfectè ordinantur facultates: & tranquillitas, quia ejusmodi ordo non facile turba-

tur: non quòd in Sanctis etiam maximis non accidat aliquando inrer affectus turbatio: *quis est enim homo, qui non peccet?* Eccl. 7. v. 22. Sed quia turbatio levis est. nec ignoras, motu aliquo levi, quem in Republ. discolor nonnemo aut rebellis excitat, maximè si citò componatur, nullâ ratione tolli Tranquillitatem universalem, atque aded nec pacem: uti longè minus ea tollitur strepitu externo, quem diabolica excitat suggestio: quippe quis dicat peritisse pacem reipub. quia in ea canes civitatis perstre-punt? Quid igitur tu quoque de te ipso dicis hoc loco? si veram pacem non habes, discè saltem, quid ad eam habendam requiratur: ordo bene temperato inter omnes animi facultates, sed stabilis, vi subjectionis perfectæ, quâ dependeas à sanctissima DEI voluntate. *Aquiescito igitur ei, & habeto pacem. Job 2. v. 21.*

2. Considera, pacem jam dictam signum esse prædestinationis præstantissimum, quia si omnes illi, qui eam possident, sunt filij DEI, manifestum est omnibus pariter obventurum hæreditatem, quæ demum aliud non est nisi vita æterna. *Si filij, & hæredes.* & tamen sic Christus ait: *Beati pacifici, quoniam filij DEI vocabuntur.* Isti ergo decorantur honestissimo titulo filiorum, quia omnino se gerunt ut filios. Etiam servi suis se heris submitunt, sed quia aliud non possunt. Submitunt sese ex metu, submitunt cum tristitia, submitunt saltem cum repugnantia. cum è contrario

trario filij se Patri submittant ex reverentia, cum alacritate, & amore. id, quod solent hi Justi eximij, de quibus loquimur. Facile patiuntur se gubernari à DEO, prout illi placet. & ideo sunt filij: *Qui Spiritu DEI aguntur, hi sunt filij DEI.* Rom. 8. v. 14. non, qui Spiritu resistunt. Nec mireris Christum non dicere: *Beati pacifici, quoniam filij DEI vocabuntur;* quia phrase Hebræâ sapissimè idem est dicere. *vocabuntur*, ac dicere: *Erunt.* *Domus mea domus orationis vocabitur.* Isa. 56. v. 7. deinde vox ista *vocabuntur*, in præsentî casu majorem habet Emphatum, quàm si dicas, *erunt.* quid enim putas voluisse Christum inferre hoc modo loquendi? inferre voluit hos Justos jam dictos non solum futuros DEI filios, uti sunt etiam vulgares Justî vi adoptionis Divinæ, sed clarè ut tales ab omnibus agnoscendos, sicut ab omnibus aurum esse cognoscitur, quod jam nitet. ita de Christo quoque dicitur: *Filius Altissimi vocabitur.* non quòd futurus non esset verus filius etiam naturalis, sed ita factus, ut de eo dubitare nemo posset, nisi, cui per invidiam occæcari sint oculi velut noctuæ ad lucem solis: tanta erat futura ejus integritas, sapientia, prudentia, & dulcissima ad omnes affabilitas. Tu fortè Filius DEI es, quia Justus, an autem etiam talis est vita tua, ut, quisquis te considerat, aut cognoscit, illico causam habeat talem te judicandi? signum, quod dare possis, certissimum talem te esse, est plenissima tui tradi-

tio in manus Patris, quæ quidem reiectione nulla præstari possit. peior: Sed quomodo equivoce conditionis signum dabis, qui tam facile quavis occasione turbaris? Patri tibi comparatur, quod semper in mille pleno alveo decurrit, non comparatur torrenti. *Vanas erant mandata mea: facta fuisset pavor tua.* Il. 49. v. 18.

3. Considera, quare Christus beatitudinem septimo loco collocavit, hoc est, post mundiciam. Causa est, quia, ut Justus recte disponeretur ad DEUM, quod tertiâ & septima Beatitudine quantum necesse erat hoc modo procedere: primò purgandus erat per mundiciam cordis, quæ est ex genere inordinata solum negativa, quamvis tamen, & tum promovendus ad integram mentem talis cordis cum DEO. significatam Pacis nomine, quæ est perfectio etiam positiva. Manet et propria dispositio ad DEUM, Unio ad eundem tendum. & quia prius est videre DEUM Bonum, & deinde amare, liberum ni præmittenda erat mundities. non mundities unioni: ad quod patet D. Jacobus ad suum propatrum retavit, cum scripsit: *Quæ caritas in sursum est sapientia, primò caritas pudica est, deinde pacifica.* 1. p. 1. Ceterum hic vides hominem constitutum in supremo perfectionis gradum etiam Heroicæ, ad quam postulat rare in hac vitâ. Quippe si perfectio consistit in amore DEI, includitur

est illam amare magis, qui ejus sanctissimæ voluntati in rebus omnibus se conformat animo magis intrepido & imperturbabili, adeoque magis in pace se conservat. *Justificati ergo ex fide*, ajebat Apostolus, *pacem habeamus ad DEUM.* Rom. 5. v. 1. Scio nec illam expositionem contemnendam, quæ per pacificos hic illi intelliguntur, qui conciliandis DEO peccatoribus rebellibus dant operam. Sed isti reverà non sunt pacifici duntaxat sed pacificatores, quod non conceditur omnibus. & tamen Christus, si insistere velimus Vulgatæ, solum hic dixit: *Beati Pacifici.* non quod Pacificatores non etiam ipsi sint beati, imò Beatissimi, dum in terra eo proprie funguntur officio, cujus causâ in eam descendit Filius DEI Naturalis. sed quia, cum in cunctis Beatitudinibus præmissis solum eam reponere virtutem voluerit, quam consequi quisque potest, modò velit (prout eas percurrendo advertere te ipso potes) convenientius videbatur idem hic quoque fieri. Accedit, quòd in nullo loco Scripturæ hi, qui student paci componendæ, dicantur *Pacifici*, bene autem *Pacificantes*: *Homines divites in virtute &c. Pacificantes in domibus suis.* Eccl. 44. v. 6. Quod si ergo tu vivas tibi soli in Cella tua reclusus, si sis ineptus, impeditus, inhabilis, quò minus Pacificator existas, non ideo contingeret ab ista beatitudine te excludi, si tu quoque in malis tuis fueris Pacificus.

R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

4. Considera, quomodo huic Beatitudini respondeat donum sapientiæ, quippe cum pax consistat, uti diximus, in tranquillitate boni ordinis, manifestum est sine hoc dono id obtineri non posse, sapientia enim est, ad quam pertinet in quovis genere constituere ordinem, & constitutum deinde conservare, atque componere denuò, & restaurare, si quando turbetur. ita vides in quacunque Republica sapientum esse invigilare ordini debito tam in militia, quàm in cunctis artibus etiam mechanicis, cum in his judicare nequeat, nisi, qui fuerit sapiens, hoc est, qui cognoverit, quæ ad artem pertinent, per causam primam. *Ut sapiens architectus fundamentum possit.* 1. Cor. 3. v. 10. Nisi quòd sapientia, quæ est donum Spiritus Sancti, sit sapientia illa altissima, quæ cognoscit primam causam, quæ est DEUS, & juxta eam dirigitur in omni negotio, quantumvis recto. Imò nec talis sapientia est, qualis à multis studio & sagacitate aquiritur. Est sapientia infusa nobis ab eodem Spiritu, qui facit identidem practicè cognoscere, quod pro ratione temporis & loci magis DEO placet, ut ad operandum nos moveat. hujus igitur amore incendi te oportet, & eam semper flagrantissimè postulare à DEO, quippe quæ non potitur, qui plus habet doctrinæ, eruditionis, & eloquentiæ, sed qui majorem à DEO accipit gratiam orandi. *Invocavi, & venit in me Spiritus Sapientia.* Sap. 7. v. 7. unde

RIT RR

unde

unde simplicissima vetula possidere eam potest præ quovis docto, qui sublimia de Cathedris edat oracula. Et ideo studiosè semper pete à DEO, ut te illuminet, ut tibi assistat, ut te in rebus tuis omnibus doceat, & videbis,

quantà semper sapientià servatis bonum ordinem Statu tui locum, ita ut in rebus omnibus semper objectus sis DEO, prout requiritur in ipso Altà fruatur pace.

XIV.

Beati, qui persecutionem patiuntur propter Justitiam, quoniam ipsorum est regnum Cælorum.

I. Considera, si aurum omne, quod cernitur in aulis Magnatum, in vestibus, in supellectile, igne vehementissimo liquatum examinaretur, appareret pars maxima, quæ putabatur ab omnibus aurum purissimum, tale non esse, sed adulterium. Idem in virtutibus accidit. ò quot in Mundo sunt adulterinæ etiam in his, qui inter personas DEO sacratas Magni seu præcipui nominantur. Nihilominus, quia hæcenus nullâ sunt graviore persecutione tentatæ, quâ probentur, adhuc pro sinceris habentur. Itaque ne mireris, quòd Christus septem Beatitudinibus præteritis, quibus videbatur absolvisse perfectione totius hominis tam quo ad se ipsum, quàm quoad proximum, & ad Deum, hanc quoque adjunxerit: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter Justitiam.* Voluit ille, ut si fortè tibi videaris jam esse verè Pauper Spiritu, verè Mansuetus, Contritus, Misericors, Mundus, Pacificus, non illico fidas tibi ipsi, sed tempus expectes, quo libe-

rè professurus quæcumque virtutem, acetam aliquam sine persecutionem. Enimvero constantia tua proderit, an virtutes sint sincere, an adulterinæ. Hæc non tam nova beatitudo hæc, quæ ceterarum probatio, vel imitatio est. Quippe summa perfectio non est facere omne bonum, quod in Actis Beatitudinibus continetur, sed eere omne bonum, & inde sibi sibi malum. hoc est vitulum igneum, in quo velut aurum virtus probatur. *Si bene faciam patienter sustinetis, hæc est gratia DEUM.* 1. Pet. 2. & ideo pauper quoque omnium beatitudinum summam: *Persecutionem propter Justitiam,* rideri, insultari, calumniari & insidijs impeti, ad mortem trahi, quare? quia gerere te cupit ut Christianum fidelem Christo. Nos cupit veritatem adeò mirandam. Hæc potius beatum te reputas, cum quid agis boni, bene tibi cedat. Christus vult oppositum. Vult, ut

tunc beatum te reputes, quando, quid-
quid agis boni, tibi redundat in ma-
lum, & malum quidem gravissimum:
hoc enim proprie significat hoc no-
men, quod audis, Persecutionis.
Significat infestationem quandam ter-
ribilem, quæ nitatur tibi tollere quie-
tem, tollere facultates, honorem, vi-
tam, nec statim cesser, sed te sequatur
indefessè. non censeretur aurum illud
probatum, quod vix inmissum igni
mox iterum extrahitur. illud proba-
tum est, quod quò in eo durat diutius,
eo splendidius evadit. & talis est vera
virtus. *Ignem me examinasti, & non est
inventum in me iniquitas.* Pl. 16. v. 3.
2. Considera hic non esse quæren-
dam, an ista Beatitudo sit signum præ-
destinationis expressum, quia sicut il-
la ponit in se omnia merita beatitudi-
num præcedentium, ita etiam præmia.
Scio inventum aliquando, qui ab ipso
statu Idololatricæ repente transiverit
ad statum Martyrij, hoc est, ad vincen-
dam maximam persecutionum, quæ
inveniri in mundo possunt. Sed hoc
est miraculum Gratiæ, quale est Natu-
ræ, de Pygmaeo fieri Gigantem. cete-
rum ad tolerandam patienter gravem
aliquam persecutionem, opus est ut
plurimum longo exercitio illarum o-
mnium virtutum, quas Christus isto
suo tam memorabili septenario con-
cluserit, quod est quoddam quasi com-
pendium sanctitatis. Dixi ad toleran-
dam patienter: hoc enim significat
vox illa *Patientur*. non habet signifi-
catione solum passivam, ut in illo loco:
Multi passa sum hodie per visum pro-

pter eum. Matt. 17. v. 19. Sed ha-
ber passivam simul & activam, ut in
illo altero. *Tanta passi estis sine cau-
sa?* Gal. 3. v. 4. quia significat pati
quoddam non coactum, sed volun-
tarium, quale est martyrum Christia-
norum. & huic generi patiendi pro-
mittitur Regnum Cælorum vocibus
adeò expressis, sicut promissum jam
fuit Paupertati in prima Beatitudine,
ut aqua fervetur inter meritum & re-
munerationem proportio. Regnum
quippe ex conceptu suo duo infert
maximè estimanda, divitiis & domi-
natum. in quantum infert divitiis,
promittitur Pauperibus. in quantum
infert dominatum, promittitur perse-
cutionem patientibus. nisi malis di-
cere cum S. Bernardo & alijs, Christi
pauperes eodem cum martyribus gra-
du censerent: & ideo de utriusque pati-
modo dici: *Ipsorum est Regnum Cæ-
lorum.* nec mireris non dici *Evit*, sed
Est. hic enim non est sermo de fru-
ctibus, quos affert gloria Paradisi, ut
in Beatitudinibus ceteris antecedenti-
bus. Sermo solum est de jure, quod
ad illam habetur. istud verò non est
futurum, uti sunt illi fructus, sed jam
præfens. Qui pro Christo est pauper,
qui pro Christo persecutionem pati-
tur, habetur in Cælo instar illius, qui
jam factus est Regni Dominus, sed
ejus possessionem nondum adiit. &
tamen adeò horres ad hunc redigi
statum?

3. Considera huic Beatitudini non
dici respondere donum aliquod Par-
ticulare, quia illi omnia respondent.

R r r r 2

Re-

Respondet Timor DEI, quia ista prima est armatura contra quamcunque persecutionem, quæ superveniat, timor scilicet offendendi DEUM, si vincaris. Respondet Pietas, quia ista Timori addit reverentiam, addit respectum, addit amorem filialem. Respondet Scientia, quia ista ostendit summum bonum, si in persecutione firmus consistas, summum malum, si cedas. Respondet Fortitudo, quia ista tribuit animum illam etiam contemnendi. Respondet Consilium, quia istud media suggerit aptiora ad referendam victoriam. Respondet Intellectus, quia iste te illuminat, ut scias opportunè recurrere ad DEUM ad ejus implorandum auxilium. Respondet denique Sapientia, quia ista facit in hoc genere certaminis eâ dexteritate pugnare, quæ sit propria non incipientis, qui vix arma possit tractare, sed du-

ctoris probè exercitati. Dulla enim cuperet Samsonem, quem acriter persequerentur Philistæi, illorum succumbere viribus, septem illi cum reseruit, qui erant symbolum, ut dicent Patres, septem donorum Spiritus Sancti, quæ modo memoravimus. Itaque si abjectè succumbas omni persecutioni, quæ tibi moveatur in servitio Divino, cave, ne hoc ideo contingat, quia dæmon idem in te loquitur, hinc continuè Dominum precatur, ut dignè te reddat possessione et usu donorum eo gradu, qui requiritur ad obtinendam hanc Beatitudinem non excelsam, quæ est corona communi.

Hoc pro certo habeat omnis, qui velit, quod vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur. Job.

3. v. 21.



X V.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te: ascensiones in corde suis deposuit: in valle lacrymarum, in loco, quem posuit. Ps. 124.

1. Considera, si viribus propriis obtinenda tibi forent virtutes illæ, quæ constituunt tot beatitudines nuperrimè expensas, magnam te habiturum consternationis causam, quia nihil ex te ipso potes. Sed spes tua in DEO fundanda est. quo posito quid times? *Beatus vir, cujus est auxilium abs te, audis, quid illi dicat Psalmi-*

sta? quia quisquis DEUM habet auxilium, confidere potest se certiorum ad quamcunque celsitudinem perfectionis etiam altissimæ, quæ est, quæ hisce Beatitudinibus contentetur. Verum est, non prohibere Dominum, quò minus ultra suam auxilium etiam procures opem partem cujusdam ductoris, qui te dirigat in

via tam grandi. & ideo non dicit Psaltes: *Beatus vir, cuius auxilium tu es*, ne existimes ab ipso semper accipiendum auxilium nullo interveniente medio. dicit: *Beatus vir, cuius est auxilium abste*, ut intelligas, DEUM saepe velle prestare tibi per alios auxilium. sed in hoc ipso beatus es: quia DEUS deum semper is est, à quo venit auxilium, etsi non semper sine medio veniat. imò plerumque volet DEUS tibi auxiliari per alios, ita exigente suavi dispositione Providentiæ suæ. Unde sapiens ille Tobias Senior, cum auditus à filio, se nescire viam, quæ ducit in Reges, non respondit: eas sanè: DEUS te amat; huic curæ erit, ut illam invenias. sed dixit: quære aliquem, qui te doceat: *Inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum, salva mercede sua*. Job. s. v. 4. atque hoc est documentum maximi momenti. ne præfidens tibi ingrediaris viam tam grandem, qualis illa est vitæ spiritualis, quasi DEUS ipse per se agere ductorem debeat: *Beatus vir, cuius est auxilium abste*, non: *Beatus vir, cuius auxilium tu es*: quia istud exigere non oportet. DEUM roga, ut, quemadmodum olim misit Angelum, qui duceret juniorem Tobiam, ita & tibi mittat, si non Angelum, saltem hominem maximè Angelicum, qui occurrat in via.

2. Considera, posito auxilio tam præstanti, quale est, quod dicto modo tibi à DEO præstatur, te fortè crediturum, illico attingi posse magnam illam perfectionem, quam desideras, sed erras toto caelo, attinges equidem, at

non nisi pededentim. unde vides etiam de iusto, cuius est à DEO auxilium, non dici: *Volatus in corde suo disposuit*, sed *ascensiones*. quia volare paucis conceditur. atque hæc est causa præcipua, cur tam pauci etiam evadant Sancti. quia plerique cuperent cum D. Paulo quàm primum esse in tertio caelo. & hoc non vult Dominus, vult nos ascendere, non volare. quò majorem det materiam meriti per vim, quam facimus nobis ipsis, dum paulatim nos vincimus, uti fit in ascensu montis ardui. *Venite, & ascendamus ad montem Domini*. Isa. 2. v. 3. Quid meriti habuisset Elias Propheta, si bonus ille Angelus, qui eum incitavit ad eundem usq; in apicem montis Oreb, alas illi commodasset, ut ita loquar, quibus repente eò evolaret? ejus meritum extitit in constantia, quam exercuit dies noctesque continuo incedendo per viam ad eò calamitosam, desertam, longam, qualis erat illa ascendens in montem. Ne putès ergo Patrem tuum spiritualem, licet Angelus fuerit, quasi alas additurum humeris, quibus sine labore ad sanctitatem contendas. satis tibi sit, quòd tale tibi det robur, quale Angelus Eliæ dedit, vi cuius eò possis eluctari, dum velis, modo humano, hoc est, per gradus. & istæ sunt ascensiones, quas audis: *Ascensiones in corde suo disposuit*. ascensiones sunt, non volatus, imò nec saltus.

3. Considera per ascensiones istas, quas Justus in corde suo disposuit, cum quibusdam sapienter intelligi posse Beatitudines nuper explicatas, cum

cum illæ revera sint ascensiones, & ascensiones dispositæ, dum una mirifice disponit ad aliam. Paupertas spiritus, quæ consistit in insigni contemptu bonorum externorum, quæ te remoratur à cursu proprio ad perfectionem, te disponit ad contemptum quoque tui, & ad mortificationem cupiditatum, earum præcipue, quæ magis in te fervent, & ferociunt, & sic facit, ut à Paupertate ascendas ad Mansuetudinem. Mortificatio cupiditatum te disponit majore animi tranquillitate possis, colligere te ipsum ad cogitanda tot mala, quæ patraisti, eaque amaris lacrymis deplorare, & sic facit, ut à Mansuetudine ascendas ad illam cordis compunctionem, quam Christus Luctum appellat. Luctus de tot malis patraisti te disponit, ut ea velis compensare totidem bonis operibus, & sic facit, ut à Luctu ascendas ad ardentem famem Justitiæ. Voluntas operandi bene valde disponit, ut velis etiam amplius præstare, quam stricta obligatione teneris, & sic facit, ut ab ardenti fame Justitiæ ascendas ad exercenda etiam opera meræ misericordiae, hoc est, superaddita debitis, & gratuita. Facere plus boni, quam debeas, te disponit ad accipiendam etiam plus gratiæ, quam aliàs daret DEUS, ad animam à quacunque macula mundandam: & sic facit, ut ab operibus Misericordiae ascendas ad illam maximam cordis mundiciem, ad quam sub mortalis corporis exuviis possit perveniri. Mundare animam, quam fieri potest maxime, ab omni macula, quò propius jungaris

DEO, te disponit, ut à mundicie sub ascendas ad illam eximiam pacem, qua conquiescit, quisquis demerito secutus est apicem perfectionis. Quæ si ergo ascensiones istæ tam aptè dispositæ, ut certis, nonne fore certitatis extremæ velle à prima firmè volare ad supremam? oportet esse gradus.

4. Considera, quomodo animi ejusmodi usque ad fastidium tenuissimum, qualis est perfectio Christiana, sine dubio plurimum incrementis. sed non ideo despondeamus: quia labori cum proportione premium respondebit, unde sicut, sicut in laboribus gradus sunt maxime, ita sint etiam prætorum, quæ procedunt pulcherrimo ordine proportionate à Christo, ita ut horum quodlibet tantum contineat bona amorem, sed etiam transcendat. sic videlicet nam sanè esse remuneracionem loco promissam à Christo, et in tuum esse Regnum celorum, sed non sufficit, nam opponere forte plurimè etiam in terra Regnum coelestem, quo tamen minimè remuneratur, quò desit ejus firma & secunda possessio. Ideo secundo loco videlicet esse possessorem Regni sui caelestis, esse possessorem quasi Regni, et in terra instabili fundati, quæ est magna ejusdant Pyratæ, sed Regni in terra firmè consistentis. & quia in terra, qui etiam Regnum in terra regnum continent, sed citra consolacionem oblectamenta plurima, quæ accipiunt, præter Christum, & tertio loco ad junguntur

regno tuo non defutura solatia. Et quia multi in regno suo solatiis affluunt non tamen undequaque plenis, quod plurima ipsis defint, quæ adhuc cuperent, rursus Christus superaddit quarto loco tibi in regno tuo non solum consolationem sed & satietatem adfuturam. Et quia multi sunt, quibus in regno suo contingat fortè latari sed solum pro ratione capacitaris admodum limitatæ, prosequitur Christus, & quinto loco memorat in Regno tuo, ut nihil porro desideres, dandum tibi bonum longè etiam majus, quam intra terminos tui meriti, optare possis ipse, usurpatâ in hunc finem non Justitiâ tantum, sed & Misericordiâ. Et quia multi sunt, qui in Regno suo bonum habent majus merito, sed non iudeo habent summum bonum, quale est videre DEUM, sexto loco promittit Christus, in Regno tuo DEUM clarè videndum, & quia fortè occurrere adhuc possit, DEUM videre non esse tantum, quantum est illius assequi similitudinem perfectam, ulterius procedit Christus, & septimo loco ait te in Regno tuo fore tam similem DEO, quam filius similis esse possit Patri, quæ est similitudo perfectissima, quæ quidem possit obrineri. nonne Christus etiam in præmiis ascensiones suas aptè disposuit? Itaque ne graveris tu quoque eandem disponere in meritis.

5. Considera te sæpe quidem proponere ascensiones istas meritorum in corde tuo, sed non disponere, quia intra te bene designas media, quibus per eas promptius ascendere liceat. unde

audis dicentem Psalmistam: *Beatus vir, cujus est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit. non ait: Proposuit, sed Disposuit.* an putas velle Dominum operari in te sine te? vehementer erras. si hoc ageret, jam non daret auxilium, sed rotum præstaret. Dum igitur de Justo Pfaltes dicit: *Beatus vir, cujus est auxilium abs te,* ostendit vim magnam gratiæ, quæ eum roborat. cum dicit: *Ascensiones in corde suo disposuit,* ostendit necessitatem, quam nihilominus habet, ex parte sua operam jungendi. fac igitur tu quoque quod tuum est. Incipe peculiari quodam studio in his Beatitudinibus exercere te ipsam ordine, quem hic vides præscriptum à Christo. earum sensus meditare, æstima, mitare, & circa eas te ipsum examina, & cum tibi videberis in una aliquantum profecisse, transi ad alteram: ita implebis debitum, quod te stringit ad disponendas ascensiones tuas.

6. Considera in hoc præstando duo documenta maximè necessaria semper esse memori animo recolenda. primum est, ascensiones istas fieri *in valle lacrymarum*, ubi proinde nullam Beatitudinem possis consequi in gradu perfecto, spectaris scilicet innumeris miseriis, distractionibus, perturbationibus, tentationibus, quæ nos undique obfident. ideo noli despondere animum, si videaris nondum attigisse perfectionem. perge tantummodo semper tendere sursum de valle in montem, & pertinges, quantum sufficit. malum tuum est, quod jam progressus ad medium

dium montis retrocedas, & ex abjectione animi te in imam vallem præcipites. Alterum est, has ascensiones faciendas cuilibet *in loco, quem posuit, hoc est, in loco, quem posuit illi DEVS*, ut Augustinus exponit, in statu, inquam, suo, ne igitur facias more quorundam, qui cum nesciant in perfectione gradû facere, semper statum incutant, in quo DEUS illos posuit: & idcirco semper instabiles, semper inquieti, semper vagi cuperent ab uno officio ad aliud, à domo in domum, à monasterio in monasterium transire. sed ô quàm hic trassus est error! in quocunque statu magnos invenire est Sanctos, qualis situ non fueris, non statum, sed te ipsum incula. non hoc ajo, si in ætate

verferis, quâ possis facere botam abjectionem statûs, ne facias, quâlibet potest, juxta dotes tuas, optimam. sed dico, si jam elegisti aliquando, gratiam firmus consistas; quia ut ut veritas duo esse, quibus provèni ad perfectionem debeas, gratiam DEI, & operam quam tu gratiæ accommodas, pro præ antè dicebam, nihilominus hoc est in opera tua quidquam repositum fiducia, sed in sola gratia; quæ DEUS concesserit. Quo poteris, non porrò vagaris? *Confide in Domino, & mane in loco tuo.* Eccl. 11. v. 1. tu DEO tam facile est gratiam tibi in uno loco quam in alio largiri.

XVI.

Et erit in tempore illo. scrutabor Jerusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in facibus suis, qui dicunt in cordibus suis, non facies bene Dominus, & non facies malè. Soph. 1. v. 12.

Considera per Jerusalem hîc intelligi quamcunque animam Christianam, electam equidem pro habitatione à Christo, sed parùm beneficii memorem. Unde eam admonet, ne fidat, quia *in tempore illo*, hoc est, illo die, quem exigendis mali commissi rationibus præfixit, magno studio eam esset lustraturus: *Scrutabor Jerusalem in lucernis.* Nôsti mulierem illam Evangelicam, cum sollicito studio quæsitura esset drachmam amissam, accendisse lucernam. Tale studium, curam-

que sollicitam, vult Dominus accipere etiam in ipso, ex hac sua forma loquendi: quâ dicit se usurum lucernam, et omnia tua opera scrutetur. tui modo dicere lucernam in rebus iniquitatis duplici potissimum fine adhiberi. sive ut videantur, quando rectæ sunt lucernæ, sive ut discernantur, cum peccata sunt minutæ, quàm conspicere, ad utrumque Dominus alludit hoc locum. Tu in malo gravi tibi secutirarempromittis, quia, quando est internum, abscondit in profundo cordis, & quando est ex-

ternum, etiam sepelitur tenebris vel occultationis, vel oblivionis. & in levi securitatem promittis, quia putas fore, ut effugiat oculos aliorum. sed quæ ista securitas, cum dicat Dominus se habere lucernas, ad quidlibet detegendum? *Scrutabor Jerusalem in lucernis*, vis, ut Dominus non utatur lucernis tam severis? tu prius his utere, cum scriptum sit: *si nosmet ipsos judicaverimus, non utique judicabimur.* 1. Cor. 11. v. 31.

2. Considera unam sufficere lucernam, ut etiam ipsa nocte inveniri res aliqua possit. & tamen non dicit Dominus: *Scrutabor Jerusalem in lucernis, sed in lucernis*, ut intelligas eum non unam solam in promptu habere lucernam, ut te scrutetur, sed multas, ad eò in te judicando omnia vult protrahere in lucem. Prima Lucerna, cujusque maxima, est increata, hoc est, Divina ejus sapientia, quæ cernit omnia, scit omnia, distinguit omnia. *Non est illi creatura invisibilis in conspectu ejus.* Hebr. 4. v. 12. & hæc quoque est maxime formidabilis inter omnes, quantum est usus. aliæ lucernæ duæ sunt creatæ, & harum una erunt Angeli tam boni quam mali, qui cum sint corporis expertes, ubique discurrunt, & præ quavis face nos undique detegunt. *qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Heb. 1. v. 7. Et istos illo die Dominus producet tanquam testes eorum, quæ egisti. altera erit lumen rationis tam illustre, ut in te splendeat juxta illud: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Pl. 4. & R.P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

in hoc lumine, quod nunc reprimere fatagis, quantum potes, illa die manifestè videbis sordidas tuas foeditates. *Lucerna Domini spraculum hominis, quæ investigat omnia secreta ventris*, id est, *memoria*, in qua condentur omniū imagines præteritorum, cogitationum, verborum, operum. Tertia lucerna lex est ab ipso DEO ore proprio pronunciata, & cujus toties audisti refricari memoriã nunc à sacris Oratoribus, nunc à Patribus, vel libris spiritû juvantibus, & tamè contempsisti. *Mandatum lucerna est, & Lex lux.* Prov. 6. v. 23. & ista quoque ad vivum defectus omnes tibi commonstrabit. Quarta lucerna sol erit, qui interdum tot videri te patrarum mala, & erunt stella, quæ idè noctu conspexerunt, imò erunt in terra ær, aqua, plantæ, verbo res omnes creatæ, quæ uti tibi servierunt ad peccandum, ita die illo servient DEO ad peccata tibi manifestanda. *Revelabunt celi iniquitatem ejus, & terra consurget adversus eum.* Job. 20. v. 17. Quinta denique lucerna erunt exempla Christi, & innumerabilium Sanctorum, illi ad eò fidelium, in quorum conspectu illo die apparebis tantò minus habens. *Surrexit Elias quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Eccl. 48. v. 1. Tot igitur & talibus circumdatus lucernis, quid, quæso, facies? an vel unum errorum tuorum tegere licebit: quò te vertes? quò vades? ubi te abscondes? O quam aptè nunc alium te fingis, quam reverà sis, tunc autem non amplius poteris. Tunc omnes, qui instar tui omnem habebant in cute speciem,

peribunt. *Disperierunt omnes involuti argento.* Soph. i. v. 11.

3. Considera, si tot & tales Dominus proferre velit lucernas ad scrutandum omnes etiam intimos defectus alicujus Jerusalem, hoc est, Animæ vel studio, vel professione sanctæ, videri eas pariter proferendas ad scrutandum defectus cujusvis animæ sceleratæ. & tamen quoad istas tacet Dominus loquendi modum, & solum dicit, se eas visitaturum. *Et visitabo super viros defixos in facibus suis.* ne mireris, quia quoad animas istas infelices simplex abande sufficit obtutus, adeo illarum manifesta sunt mala. Itaque prius notandum est, quinam sint, quos hic Dominus appellat *defixos in facibus suis*, vel ut in Hebræo legitur, *coagulatos, congelatos.* Peccatores sunt obstinati, hoc est, illi, qui in fœculentis hujus mûdi bonis, in voluptatibus, lucris, honoribus pacem inveniunt. hi sunt, qui in illis magis defiguntur. nam illi peccatores, qui in his crebras habent molestias vel ob agritudines, in quas incidunt, vel ob calumnias, & contradictiones, quas sustinent, non ita defiguntur. sed nunc cadunt, nunc denuo resurgunt, vini instar, supra fœces suas frequenti commotione agitati. Illi figuntur, qui in iis plus habent prosperitatis, uti pariter vino accidit, quod in suis quiescere fœcibus permittitur. Isti igitur peccatores sunt, die illo extremo peculiari quodam modo à Domino visitandi, id est, vexandi, conculcandi, confundendi, & habendi malè pro meritis. *Et visitabo super viros*

defixos in facibus suis. Visitatio Domini, cum vox ista finitro sensu accipitur in Scripturis, aliud nunciat quàm calamitates immixtæ. Ecce Dominus egreditur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatorum terræ contra eum. Isa. 16. nisi quod visitationes peccatoribus factæ in præsentia vita sunt quasi Medici ad eos sanandos. *Visitabo custodivit spiritum meum.* Job. 20. ut quæ fiunt in altera, sunt veluti iudicia ad eos puniendos. *In die iudicis visitabit illos: dabit enim ignem & cinerem in carnes eorum, ignem toris, cineremque ut urantur.* Es. 66. *Et sentiant per partem omnium, usque in sempiternum.* In Zach. v. 20. & quia isti, qui erant in impetate sua fortunati, à DEO visitati non sunt ut infirmi, demum eos visitati continget ut reos. O quam rogatus idcirco est DEUS, ut in peccato quod præcipuum te visitet, quia si id faceret, dicitur, quid de te fiet? *Quid facies in die visitationis de longè venientis?* Lu. 10. v. 3.

4. Considera paucos admodum futuros in terra peccatores, qui defixerint in suis facibus defixi, nisi exciderent visitationis hujus merum de longè venientis. unde cum dixisset Dominus *Visitabo super viros defixos in facibus suis*, illico subiungit: *qui dixerint in cordibus suis: non faciet bene Dominus, & non faciet malè.* an forte ejusmodi non etiam reperire est inter Christianos, & quanto numero! quanto numero! hi sunt Athei, qui cum intrer nos veritatem non possint nisi dissimulata perferre.

dicunt, sed duntaxat in cordibus suis: non est DEUS. Pl. 131. aut si sit, ajunt ipsum habere aliud, quod agat, quam ut tam pensculetur rebus nostris attendat: *Nostra non considerat.* Job. 22. v. 4. Imò quor sunt inter nos, qui id ore dicunt dimidio, dum saltem familiaribus produnt? Loquentes audi illos, quos nostri, sagaciores aulicos, illos veridiores politicos, & vide, an vel levi probent iudicio, quòd credant DEUM pro bono ipsis facturum bene, pro malo male. prorsus oppositum. nam illud si crederent, haud sanè darent aliis maligna illa consilia, quibus promovcatur gradum, aut toties ea ipsi u-

furparent, ut per dolos, & prodiciones ad prima eluctentur subsellia. sed quia nihil horum credunt, perinde agunt, ac si alius non esset DEUS, quam ipsorum arbitrium. Itaque roga Dominum, ut peccanti tibi statim ostendat se adesse, proferendo virgam. *Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo.* Jer. 10. v. 24. quia nihil est, quod tantopere commendet fidem visitationis extremo die futura de peccatis nostris, quam si eas videamus, quæ sunt in præsens, licet minores. cum è contrario nihil ita juvet Atheismum, quam videre impium simul & felicem.

XVII.

Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. 2. Cor. 12. v. 9.

1. Considera, quanta fuerint ærumnarum, quibus afficiebatur Apostolus triginta sex annis vitæ, quos Christi gloriæ impendit. Carceres, virgæ, lapidationes, accusationes, insidiæ, opprobria, exilia. & tamen non scitur aliquando instantè à DEO petiisse ullo horum malorum liberari. solum petiit liberari à stimulo carnis: *Ter Dominum rogavi, ut discederes à me.* Ter id est, sæpissimè more loquendi usitato scripserat. nec ideo quòd tentationi succumberet, quia favore Divino ita castigabat corpus suum, ut servituti subijceret: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo.* 1. Cor. 9. v. 27. unde

spiritus, qui illi datus erat tentator, plus non potuit, quam infligere colaphos, hoc est, plus inferre probri, quam noxæ: *Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satana, qui me colaphizat.* & tamen, cum Apostolus audivit à Christo, melius ipsi fore, si perinde ut alii subiectus esset infirmitatibus, quas secum affert concupiscentia rebellis ob peccatum, quod in Adamo contraximus: *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur,* adedò mutavit sensum, ut dicere sic ausus, se in hisce infirmitatibus etiam gloriam suam constituere: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me*

Sss ss 2

vir-

virtus Christi. Hic est genuinus loci huius sensus, maximèque literalis. tu verò hinc discès, tuam gloriam non in eo consistere, quòd habeas aliquid supra vulgus hominum, ut eiusmodi eximaris tentationibus etiam impuris, etiam probrosis, sed ut commodum indeferas, quod per eas DEUS animæ tuæ destinavit: *Quia acceptus eras DEO, necesse fuit, ut tentatio probaret te.* Tob. 12. v. 13.

2. Considera, quæ sit illa virtus Christi, quam eiusmodi infirmitatibus magis in se stabiliri vidit Apostolus. Fuit certè virtus propria Christi, Humilitas quoad propriam personam, Mansuetudo quoad alios. Istud imprimis fuit, quod Christus docere genus humanum voluit rudissimum in eo genere doctrinæ: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Et ideo hæc quoque dici potest fuisse virtus Christi, hoc est, virtus, quam Christus maximè prædicavit & exercuit. Jam verò stimulus, qui Carnis appellatur hoc loco, plurimum valebat, ut de se modeste sentiret Apostolus; quippe cum aliàs tot haberet occasiones vanè efferendi se ipsum ob continuos favores, quos in ipsum cælum depluebat, hic stimulus illi serviebat instar servuli, qui apud Romanos currum triumphantis antecedens victoribus inter acclamaciones, & applausus identidem suggererat, meminissent se quoque mortales esse vili glebâ compositos: *Memento te esse hominem.* atque ista Humilitas, quam in se servabat Apostolus, quid effecit? ut erga alios semper esset man-

fuctus, & ut eorum miseratus dolens illos excusaret, illos sustineret, & illi Medici tractaret, medici, inquam, tui obnoxii infirmitatibus. O tu tu quæ ex infirmitatibus tuis referres commodum, quod diximus, Humilitatis. Mansuetudinis tunc enim verò in quoque posses iis gloriari cū Apostolo hoc est, habere in pretio, quo haberi solent doctores, aut dona, quibus solent gloriari homines. *Si gloriari oportet, infirmitates meæ sum glorior.* 2. Cor. v. 30. Infirmitates tuæ sunt tamen fenestra, quæ in cubile tuum introitum solem, hoc est, lumen, quod lumen simul afferat & calorem. lætem pro vili aestimatione tui, qui per alium xime indiges, & calorem pro claritate proximi, qui & ipse maxime tibi docet, quomodo ergo posico tunc bono, quod afferunt, eas averfabent? ut non vides, clausis fenestris adeo salutaris te versaturum in tenebris, & facit diciturum te longè divertum esse, qui es? *Monitorem patere. Monitorias gravis sobriam facit animam.* Luc. 31. v. 2.

3. Considera videri posse, etiam quoque monitorem si opus, qui videri tuæ re adinoneat, non tamen copiosus monitorem adeo incellino, inquit, qualis est stimulus carnis, qui fert continuo tam moleste ejus admoceat. De- tus iste fuit Apostolo ob ejus prædicaciones eximias: *Ne magnitudinem verborum extollat me, datum est mihi humilis carnis meæ, Angelus Satanae, qui me colaphizat.* Tu non habes equitatos causas superbiendi, & ideo videtur

sentire stimulum etiam duriorem, quia hujus est generis. Sed meminere non idem semper esse non superbi- re, & non habere occasionem super- biendi. fortè non habes ansam super- biendi, quod facillè concedo, sed ca- ve, ne superbias tamen. quo posito si saepe superbias etiam stultè, etsi desit occasio, quid faceres, si non deesset? *Qui gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia?* Eccl. 29. v. 34. Ob quatuor stillas lacrymarum, quas Dominus tibi in oratione ordinariâ largitur, ob aliquam devotionis dul- cedinem, ob donum desideriorum, jam ad tertium cœlum raptus cum Apostolo tibi videris. Hinc igitur collige, te potius quàm illum indige- re aliquo, qui molestè conditionis tuæ vilitatem tibi exprobrat, ne in- star Apostoli triumphes, & tamen quoties incedis tui æstimatione in- flatus, quasi continuò triumphares? deinde unde est, quòd tam exiguam charitatem erga proximum demon- stres, nisi à vana æstimatione tui? Ista te reddit in correptione tam au- steram; in censura tam acerbam. an non putas igitur habere Dominum causam sufficientissimam permittendi in te illas infirmitates, quæ sunt com- munes etiam majoribus animis, ut eos in officio contineant? Isteis permit- tuntur velut saburra navigijs cum Au- stris & Africis cursu certantibus: tibi permittuntur etiam in pœnam. Pan- peres, & superbus: *Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris pe- trarum.* Abd. 3. numquid ergo ad

confusionem tuam aptè tibi conve- niunt?

4. Considera, quantum sit bonum esse in se humilem, & erga alios man- suetum, dum pro his obrinendis vir- tutibus operæ pretium est subjacere tentationibus adeò probrosis. Sed hoc mirum esse non debet, cum Chri- stus nemini magis gratiam suam con- ferat quàm Humilibus & Mansuetis. *Humilibus dat gratiam.* Jac. 5. v. 6. *Mansuetis dabit gratiam.* Prov. 3. v. 34. *Humilibus dat*, quia Humilitas exerceri quovis quasi momento de- bet. *Mansuetis dabit*, quia Mansue- tudo exerceri debet, quando ejus oc- casio occurrit. atque hæc est gratia, quæ te penitus confortat. Fortitudo Christiani completa est agere & pati: agere, inquam, & pati multa, sed omnia ad gloriam Divinam, ut olim faciebat Apostolus. Jam verò agendi multa Christus dat gratiam Humilibus, quia ille agit multa, qui cum cognoscat se viribus suis nihil posse, recurrit ad Christum, & in eo omnem suam fiduciam collocat. & patiendi multa dat gratiam Mansue- tis, quia ille patitur multa, qui cer- tus non irasci cuiquam, se in quavis occasione tractari ab omnibus pati- tur, ut illis lubet. Numquid ergo habuit Apostolus causam exclaman- di: *Libenter gloriabor in infirmitati- bus meis, ut inhabitet in me virtus Christi?* Dicere perinde poterat: *Ut inhabitent in me virtutes Christi.* hoc est, Humilitas & Mansuetudo Christi. Sed maluit dicere: *Virtus Christi:* non

non solum quia virtutes memoratae a deo sunt conjunctae, ut una videantur, sed quia in utraque praecipue aestimavit illam vim, illum vigorem, & virtutem, quam accepturus erat agendi & patiendi multa pro DEO. Virtutes Christianae non idcirco amandae sunt, quod nos ornent, reddantque

exempli causa Humiles & Modestae amandae sunt, quia earum carumque nobis inspiratur melius nos pendendi honori Divino. & sic sunt amandae ut finis, sed ut melius tantum DEO fini nostro serviamus.
Gloria virtutis corum tuum.
Pl. 88. v. 18.

XVIII.

Diverte à malo & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam.
Pl. 33. v. 15.

Considera id, quod omnibus formidabile faciet Judicium extremum, utique fore peccata Commissionis, quae quisque fecit, sed longe magis peccata Omissionis, haec enim facient maxime formidandum. Causa est, quod, qui in vita sua furatur, adulteratur, occidit, invidet, aut aliud ejusmodi patrat malum, illico advertat, & ideo consulere sibi possit, quis est autem, qui aequè advertat tantum boni, quod in statu suo omittit, sive adversus DEUM, sive adversus proximum, vel se ipsum: *Delicta quis intelligit?* Unde non sufficit Plati Regio dicere: *diverte à malo, & fac bonum*: haec enim unio utriusque requiritur ad salutem. Tibi satis est, quod videaris nulli facere injuriã. Sed quomodo insuper adimple officium Religiosi, Concionatoris, Praeulicis, Patrisfamilias, aut quodvis aliud, quo fungeris? non sufficit in

eo abstinere à malo, bonum adhibere oportet. Sicut non sufficit deus ad salutem, quod non spoliis mendaces, vestire necesse est. Uole vides futurum esse Domino specialem cægerationem in illo die Judicii de peccatis, quae omissionis appellantur, *Supplexeram, & non visistis me, quidnam, & non cooperuistis me* Et. Mat. v. 43. quia ista sunt peccata, quae non observantur. & horum duo sunt vobis, *desidia, & frau.* Desidia est, qui status sui obligationem, sed ne tot incommodis sint obnoxii, non implent. Porro *Leviti 19. negligentius* Et. 2. Par. v. 41. Fraus est illorum, qui, ut declinant conscientiae remorsus, quibus sapienter negligentibus, ignorantiam servaverunt. *Moliantur fraudes contra animam tuam.* Prov. 1. v. 18. Tu cogita non male duntaxat, quod committis, sed & bonum, quod omittis. quia Dominus in ignem projiciet non tantum ab-

res nocivas, sed & steriles. *Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Matt. 3. v. 10.

2. Considera, quemadmodum Psaltes dixit: *Fac bonum*, ita dicere potuisse: *ne facias malum*. Sed dixit potius: *Diverte à malo, & fac bonum*, quia spes omnis, quam concipere possumus, non faciendi quodcumque malum etiã gravissimum, post auxilium Divinum in eo declinando & divertendo est positum. da mihi aliquem, qui non, quã fieri possit, longissimè recedat ab occasione illud committendi, certò illud denique committeret. Proinde sicut cùm vires defunt, in praelijs arte & ingenio utendum, ita in casu nostro. *Diverte à malo*. Effugijs, diverticulis, artibus opus est, ut declines. *Sapiens timet, & declinat à malo: stultus transiit, & confidit.* Prov. 14. v. 16. neque dicas declinare malum non esse vincere, quod fortes solent. Satis fortis cenferur, qui id novit fugere. *Vir sapiens fortis est*: quia, si fortis non est, forti sanè æquivaler, & *vir doctus robustus & validus.* Prov. 24. Noli itaque expectare pericula, sed ea cautè præverte, uti fit, cùm timeat pestis imminens, aut fames, aut ferrum, aut aliud quodvis malum longè levius peccato. & tunc præstabis id, quod hoc loco dicitur divertere à malo. *Ne placeat tibi malorum via*, quia, si placeat, jam peccas: *fuge ab eà, ne transeas per eam, declina eam, & desere eam. fuge ab eà quoad*

personam: *ne transeas per eam*, quoad cogitationem: *Declina eam*, si occurrat. *desere eam*, si jam in illa verferis. Prov. 4. v. 15.

3. Considera, si durum tibi videatur divertere à malo, & facere bonum, erigendum esse animum, quod fructus non sit futurus exiguus, quem etiam referes in hoc mundo. & quis ille fructus? Pax cordis. *Pax DEI, quae exuperat omnem sensum.* Philip. 4. v. 7. Hoc est bonum illud, ad quod omnes continuò aspirant. Usurarij suis pecunijs, Superbi suis dignitatibus, Luxuriosi suis voluptatibus, sed ò quã procul miseri aberant! *Non est pax impijs*, dicit Dominus. Vagare, ut voles, una est eam consequendi via, quã scilicet Psaltes Regius verbis istis indicavit: *Diverte à malo, & fac bonum*. Divertere à malo aufert panam, quã mala inducit conscientia: facere bonum, & abundanter facere addit gaudium, quod inducit bona, & eã ratione pacem consequitur. *Erit opus justitiæ pax.* Isa. 31. Ita est, in hoc mundo pax integra esse nequit, quia nec fieri bonum, nec diverti à malo sine pugna potest. *Videa aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae.* Rom. 7. v. 23. Sed parùm refert. Hæc ipsa pugna plurimum potest mitui, carnem subijciendo Spiritui vi mortificationis tam internæ, quã externæ. Id quod hoc loco à te petit Psalmographus, cùm ait: *Inquire pacem, & persequere eam.* Si videaris tibi nondum obtinuisse

tinuisse pacem, quam desideras, ne fatigeris inquirendo eam procul, & fugientem persequendo, quia quisquis aberravit à via pacis, uti Mundani, qui *Viam pacis non cognoverunt.* Pl. 12. v. 3. frustra quærit, quantumcunque inquirat. at qui per viam in-

cedit, quæ ducit ad illam, si non erit, certè proximè accedit: *Facile est coram eo quasi pacem reperire.* Cant. 8. v. 10. ô quanto satius est claudere per viam, quam ab ea errantem currere!

XIX.

Dicebat autem ad omnes: Siquis vult venire post me, abneget semet ipsum, tollat Crucem suam quotidie, & sequatur me. Luc. 9. v. 23.

Considera, quantopere hallucinetur, qui putat viriliter abnegare se ipsum, castigare, & affligere se ipsum, Crucemque suscipere patienter, ad solos pertinere Religiosos, qui Perfectionem profitentur. Omnibus hoc commune est. ideo hoc loco indicat Evangelista verba ista tam gravia: *Siquis vult venire post me, abneget semet ipsum, & tollat Crucem suam quotidie, & sequatur me,* non solum esse dicta Apostolis, sed & alijs: *Dicebat autem ad omnes,* hoc est, ad præsentis, ad posteros, & ad omnes omnino Christianos, quos Christus hoc loco descripsit, cum dixit: *Siquis vult venire post me.* Multi erant, qui concurrebant ad Christum, quidam ut eum auscultarent, alij, ut mirarentur, alij ut malorum remedium quærent. Sed isti non ideo erant ejus sequaces. Sequaces erant, qui ad eum concurrebant, ut ipsi adhererent. Unde hic non di-

xit: Siquis vult ad me venire, tollat Crucem suam. Si quis vult venire post me, non solum consistit ratio veri Christiani, qui ipsum sequatur tanquam verum Legislatorem, Ducem, & Caput, sed adeò, quòd ab illo duci sequatur, si lubet. Quem in finem tu Christum sequeris? an lucri, vel honoris? non es genuinus Christianus, si tibi oportet, quia id ille meretur. Unde dixit hoc loco: *Siquis vult venire post me, non post meam.* Sed post me. Si Christum ames ob lucri tua, proximè caduca, obsequia tua doligebitur. Sichimitæ omnes circumstantes sunt animo sua deserendi Idoles, & tamen actus iste Religionis DEO acceptus non fuit, quia simul habebant animum ditescendi. *Si circumstantes masculos nostras, riuus perstantes, substantia eorum, & pecora, & cuncta, quæ possident, nostra erant.* Gen. 34. v. 23.

2. Considera Christum non dicere: *Si quis venit post me.* Sed: *si quis vult venire.* quia vult, ut quisquis ipsum sequitur, sponte sequatur. Ipsi sunt servi accepti, qui voluntarium præstant obsequium, non coactum. *Cuncti Filij Israel voluntarie Domino dedicaverunt.* Exod. 35. v. 29. quamvis, cum sequela Christi res sit adeò honorifica, quid est, quòd necessitatem expectes? sufficere debuit tacita insinuatio, qualis est, cum Monarcha aliquis supremus indicat subditis, se in campum prodire. deinde an nescis, quantum passus sit Christus amore tui, tum Paupertatis, tum persecutionum, tum ignominiarum? vidisti denique illum pro te mori in Cruce inter latrones medium. ut quid igitur plùs petis quàm simplicem nutum, ut sequaris? ò probrum! tubà canit dæmon, & omnes advolant. *Vir Belial nomine Seba cecinit buccinà; & omnis Israel secutus est eum.* 2. Reg. 20. canit & Christus, & vix est, qui pedem moveat. Quid mirum ergo, quòd loquens tanto populo *ad omnes*, non dicat nisi: *Si quis?* licebat multos fore vocatos, paucos electos.

3. Considera finem hujus vocationis factæ à Christo, qui ultimo loco ponitur, esse ejus sequelam. *Sequatur me.* Sed qualis hæc est sequela? usque ad Calvarium, si ita necesse sit, nam si nòsse velis occasionem, quâ Christus hæc omnes invitavit ad sua premenda vestigia, non fuit, cum ille ad nuptias processit in Cana, nec cum

in Thabor ascendit daturus gloriae suae specimen, nec cum urbem triumphans ingressus est. Sed cum paulò antè significavit, se non procul abesse à funesta sua Passione. *Oportet filium hominis multa pati &c.* Luc. 9. v. 22. Istud igitur est, quod cuique propositum esse debet, nempe sequi Christum adeò constanter tam in assensu dogmatum, quàm in complexu dictaminum, & imitatione virtutum, ut paratus sit potius cum ipso configi Crucì, quàm ut illum deserat. Sed ne putes id adeò levis esse operæ, ideo Christus pro dispositione præviâ cum ipso moriendi in Cruce petijt, ut quisque assuesceret portandæ cruci suæ quotidianæ, hoc est, illi tribulationi, illi molestiæ, & ærumnæ, quam DEUS immitteret in dies. *Tollat Crucem suam quotidie, & sequatur me.* ò quàm facile tibi videtur in oratione esse promptissimum ad immolandam etiã vitam pro Christo. audebis aliquando cum Ignatio non gladios tantum & virgas, sed & leones provocare. Interim autem? interim durissimum tibi est ferre vel minimum, qui tibi accidit, actum incivilitatis. hoc est velle in cruce mori cum Christo, quin priùs ipse crucem portaveris, ut obviam morti procederes.

4. Considera, quàm sint significantes hæc voces, quas audis in tam brevi sententiâ: *Tollat crucem suam quotidie.* non dicitur *ferat*, sed *tollat*, ut ostendatur Crucem cum gaudio, alacritate, promptitudine amplectendam, & non expectandum, dum per vim impona-

T r r r

pona-

Ponatur humeris, uti Simoni quondam Cyrenæo. Dicitur *Crucem*, quia hoc nomine significatur, quidquid offertur ad verum. Sed crux potius appellatur quam tribulatio, arumna, aut quidvis aliud, quia istud vocabulum suavius reddit malum, dum admonet totum illud longè minus fore, quam Christus passus sit amore nostri in Cruce mortuus. Dicitur *suam*, quia multi sunt, qui sibi videntur parati ad portandas Cruces etiam gravissimas, sed alias quam suas, & tamen in hoc omne tuum meritum versatur, non quòd alienas cruces desideres, sed ferendis proprijs a quiescas, sustinendis, inquam, molestijs, quas statùs tui obligatio imponit. Præfulum crux est visitare subditos. Ecclesiasticorum crux est dicere devotè Divinum officium. Monachorum crux est solitudo, conjugatorum tolerantia, & sic de ceteris loquendo. Quisque putat se aliorum crucem facile portaturum, imò alios in cruce sua ferendâ negligentia & teporis arguit: & pauci se accommodant ferendæ propriæ. Dicitur deniq; *Quotidie*, quia portare crucem, quam diximus, non est opus unius diei per hebdomadam, prout est apud nonnullos portare cilicium, cinctum ferreum, vel aliud simile castigando corpori idoneum instrumentum. potius est opus omnium dierum, quia omnibus esse solent frequentes adversitates, quibus ob peccatum obnoxia est vita humana. Vide nunc, quàm sis promptus quotidie crucem

tuum passis amplectandi brachij, hinc colliges, an sis idoneus, cum pus fuerit, Christum aliquando ut delem ejus sectatorem non carum minoribus sequi vis, sed ulque Calvarium comitari.

5. Considera portandæ crucis libenter nihil ita obitare ac proprio amorem. unde sicut sequitur Christi usque ad Calvarium, que est portandæ sequela, hic præmittitur quædam necessaria præparatio, ut assuetas quædam propriæ ferendæ cruci, ut terende quotidie cruci propriæ paratus, in assuetas integræ tui ipsius præparati. Atque hoc est, quod dicitur: *non vult venire post me, abneget seipsum, non suos duntaxat, aut suos, sed etiam nōs, quanti momenti vult, abnegare seipsum!* non dicitur *abneget*, sed *abneget*, hoc est, ut aliud non agat, nisi ut inclinationi tuæ contradicatur, tamen cum ista adversatur voluntati tuæ. an cupis discere, quid sit abnegare se ipsum? vide, quid sit abnegare alterum, ubi abnegaveris amicum, liquem falsum, quem aliquando apprehendisti proditorem, si cum tuus trahi ad tribunal, carcere condendi, vinculis constringi, ad forum condemnari, non moveris, nec operari illi præstas, nec auxilium præstas, imò gaudes, quòd videas cum abnegete supplicia fraudibus suis pedibus debita. Eundem planè modum videri contra te ipsum debes, sicut abnegare proditricem, illam Concupiscentiam

inordinatam, à qua tot oriuntur cupiditates tum iniquae tum irrationabiles. nec est, quod tui miseratione aliqua tangaris, dum pateris, sed suggeras tibi ipsi, rectè tecum agi. unde etiam hic advertere oportet non posse radicibus evelli propensiones tuas perfidas, ideo Christus solum præcipit, ut eas abneget, hoc est, ne eas dominari sinas. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat concupiscentiæ ejus.* Rom. 6. v. 12. atque hoc semper in tua positum est potestate. Quod si permittendum non est, ut prævaleant, quando te etiam invito ultro confurgunt, quanto magis cavendum est, ne eas ipse excites, aut irrites, quasi sopitas? & ta-

men quid agis, cum tanto tibi luxu blandiris? irrites eas ipsas cupiditates, quas continuò oporteret habere subjectas. Talem igitur pura semper esse debere vitam Christiani, qualem audisti. nempe abnegare se ipsum, ut assuecat portandæ cruci quotidiane, quam DEUS immiserit, siquidem esse velit genuinus sectator Christi, vel in ipsum, si necesse fuerit, apicem Calvarij. *Si quis vult venire post me, profitendo se Christianum, abneget semet ipsum, tempore prosperitatis, & tollat crucem suam quotidie, maxime verò tempore adversitatis, & sequatur me,* etiam tempore diræ persecutionis.

* * *

X X.

Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est. Luc. 16. v. 10.

1. Considera unam esse è præcipuis impossibilibus, quæ occurrunt in vitâ Religiosâ, velle facere pro DEO res maximas, quæ nunquam accident, uti sunt nudis pedibus incedere per vias asperas, saxis & spinis constas cum Pacomio, sepulcri angustij arctari cum Jacobo, reptare pronum per spelæam cum Guarino, & dein modica illa, exilia, trivialia opera obsequij Divini, quæ quotidie occurrunt, negligere, qualis quæso fides haberi potest hoc casu ejusmodi desiderijs quantumvis ferventibus? nulla fanè.

imò aliquando summam possunt afferre perniciem. quia fieri potest, ut ideo videatis tibi magnis præditus virtutibus, cum sis egentissimus. *Dicis, quod dives sum, & locupletatus, & nullius ego, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis.* Ap. 3. v. 17. Oportet igitur prius te exerceri rebus præstandis modicis, & tum ad majores aspirare. quam ob causam? ob eam, quam hoc loco Christus insinuat. *Qui fidelis est in minimo, hoc est, in minimo bono exequendo, & in majori fidelis est, facere bonum non solum parvum, sed*

Tet et 2

mini-

minimum, argumento est, faciendum aliquando non tantum magnum, sed & maximum. Verum est eum non dicere: *Qui minimum bonum exequitur, sed qui in minimo exequendo fidelis est.* quia ex parvo quovis bono, quod facis, non illico concludi potest, te data occasione etiam facturum, quod est majus, tunc concludi potest, quando in faciendo modico fidelis es, hoc est, cum id facere soles, quantum potes.


2. Considera, quare tanti momenti sit hæc in modico fidelitas. Causa est, quia ad ea facile ferenda, à quibus natura humana plurimum abhorret, uti sunt libelli famosi, carceres, gladii, patibula, diræ mortes, vehementer juvat longo usu assuetum esse pati pro DEO. at ejusmodi usus obtineri nequit in his ipsis rebus arduis, quæ non nisi semel accidere in vita possunt. Itaque necesse est obtineri in parvis, quæ continuo nobis accidunt. & sic istud debet esse studium tuum quotidianum. noli, dum oras, provocare cum Ignatio Leones Amphitheatri, & Leopardos, hoc enim à te non petitur. accingere potius ad ferendas patienter eas molestias, quæ tibi quotidie in cubili tuo culices creant. Propone tolerare verba illa pungentia, quæ accipis, cum minimè expectas, dissimulare modum illum agendi crudiusculum, quem vides usurpari à proximo, oblivisci voces illas importunas. tunc enim verò insignem facies profectum. *Qui fidelis est in minimo, & in majore fidelis est.* Ceterum quomodo quasi lac fuges inundationes maris, quæ tibi interitum minan-

tur, si concoquere nequeas thilacum amaritudinis, quæ DEUS immo frequentes quidem sed modicas: sed in his meritorum summa statuerentur, si eam colligere velis ut oportet. Apes melle inaximè abundant, non quæ solis insident liliis, floribus regni collecturæ prædam, sed quæ tantum dedignantur flores Romanorum, nec solum convolant ad Timurum, sed ad Cytifum quoque, Sarrejam, Serpulum, amaracum ignobiles herbes nam ab his longè pinguiorem fugant prædam, quam ab aliis plantis prædam: quibus quidem sed & rarioribus

3. Considera, quemadmodum, qui non æstimat bonum modicum, sperare nequit fore aliquando, ut exequatur majus, si occurrat, in contrario timere maxime eum posse, ut incidat in magnum malum, qui sperat modicum. Unde hic ad hunc dicitur Christum: *Et qui in modico iniquus est, & in majore iniquus est.* non ut qui modicum iniquitatu operatur, hoc enim esset ab uno solo actu argueretur, sed qui in modico iniquus est, quæ hæc est arguere ab habitu non ab actu, non solet iniquus appellari, qui aliquando prævaricatur, sed qui habet consuetudinem prævaricandi. Id ergo, quod meritò persuadet fore, ut non abbas, as à culpis gravibus data occasione, est videre, quod nullam habeas curam obstinendi à levibus, quia si consuetudo operandi bene tantum potest ad bonum, uti vidimus, quanto plus poterit consuetudo operandi malè ad malum, ut vim, quam addit consuetudinem

semper ad malum quam ad bonum
proclivior. Imaginare tibi fluentem
aquam, quam velis derivare in fossam
plano incumbentem. paulatim viam
tibi aperiet, quâ deinde facile decurrat.
at si derives per declivem, paulatim tibi
precipitium formabit. Idem in casu
nostro accidit. & ideo ô quam legiti-
ma semper fuit ista consecutio! iste fa-
cile inducitur ab Avaritia, ut peccet in
modico, exempli causâ, ut munuscula
admittat, ubi non deberet, fingit, frau-
dat, facit, quoad potest, imposturas, etsi
non magnas; ergo instar Judæ ab ead-
em avaritia eò se adduci patietur, ut
paulò post à modicis ad majora trans-
gressus in ipsum grassetur Christum
JESUM, sacerdotium vituperet, san-
ctuarium violet, ipsa, si necesse videat-
ur, Sacramenta nundinetur. Et conse-
cutio ista, quam experientiâ discimus,
uti in avaritia, ita in quovis alio vitio
libidinis, superbiæ, ambitionis, intem-
perantiæ acquisito per actus multiplices
etsi leves habet locum. modicus vitu-
lus humeris sublatus robustissimo cui-
que primò ferri nõ posse videbitur. sed
age, fac ut denuò illum ferat cras, atque
altero, tertioque die, ac deinceps, nã
ille feret denique jam boveim. Tanta
vis est consuetudinis in rebus etiam la-
boriosis, quid de facilibus dicam? Pro-
inde quis dubitet? *qui in modico iniquus
est, & in magno iniquus est.* non dicit:
Erit, sed *Est.* quia quantumvis malum

modicum sit præsens, majus futurum,
juxta unanimum SS. Interpretum con-
sensum, futurum tamen adeò est proxi-
mum, ut de illo tanquam de præsentem
loqui liceat. Et tu adduci non potes,
ut credas, sed æstimatione tuâ vis Chri-
stum facere mendacem? Cave potius,
ne malum tuum modicum non solum
ad majora deferat, sed casu deferat
irreparabili. Peccavit David per con-
cupiscentiam mulieris, sed sine prævia
dispositione peccavit, quam crebriore
conversatione, & aspectu contraxerit.
simul lavantem vidit Bersabeam, simul
eam concupivit, & violavit. Salomon
filius Davidis etiam ipse non nisi simili
cupiditate mulierum peccavit, sed
peccavit prius consuetudine contractâ
à vanis deliciis, quibus in earum con-
sortio fruebatur, ab oblectamentis, à
voluptatibus, & commerciis immodi-
cis quidem, sed non Venereis. *Feci mi-
hi cantores, & cantatrices, & delicias fili-
orum hominum.* Eccl. 2. v. 8. proinde
quid contigit? David primâ sceleris
reprehensione admonitus adeò doluit,
ut totâ vitâ non cessaret à planctu, nec
à primo peccato libidinis ad alterum
transiit. Salomon ab uno ad aliud
transgressus est tam perditè, ut longio-
re temporis progressu, ne suas contri-
staret amafias, denique sub vitâ suâ fi-
nem non dubitaverit cum ipsi e-
atum adorare Idola.



Præsentatio Virginis,

Qua est ista, qua progreditur, quasi Aurora consurgens, Pulchra Luna, Electa ut Sol, terribilis, ut castrorum acies ordinata Cantic. 6. v. 9.

Considera, dum hodie cernis cælestem hanc puellam firmis gressibus per se ipsam conscendere per gradus Templi, merito te posse exclamare: *Qua est ista, qua progreditur, quasi Aurora consurgens* &c. Est sanè hæc Virgo illa felicissima Aurora, quam SS. Patres tot seculis suspirabant in mundo. quia sicut Aurora est media noctem inter, quam post se relinquit, & diem, quam brevi præclaro suo partu afferet: ita media Virgo extitit inter noctem culpæ dominantis generi humano, & diem gratiæ, quæ deinde sequeretur: inter noctem tristitiæ, & diem solatii; inter noctem terrorum, & diem gaudiorum; inter noctem Legis, & diem Evangelii. unde non dicitur: *Qua est ista, que egreditur, quasi Aurora consurgens?* id enim dici potuit festâ luce felicis ortus sui. hodie dicere oportet: *Qua est ista, qua progreditur?* quia illa jam ultra procedit, sed instar Auroræ, hoc est, gressu tacito simul & forti: tacito quidem, quia pauci in hoc mundo sciunt progressus, quos illa jam facit in virtutibus, adeò sepulti jacent mortales alto somno vel malitiæ, vel ignorantia. forti verò,

quia in ipsa nemo impedire poterit ejusmodi progressus, adhibitis communis est à rebus omnibus, quæ retrahunt vel retardant à bono. Et quis est, qui impedire Auroram, ne demum partum suum mundo daret? sic vides, cur Manahodæ comparatur Aurora, nempe ut in dignitate Matris Divinæ, ad quam uti videret, ad templum progrediret, inde etiam non utcumque comparari hororæ, sed Auroræ surgenti: *Qua est ista, qua progreditur, quasi Aurora consurgens?* ut ostendat, nondum partui maturam, sed paulatim præcedam illustri semper mentem operatu. Paradisus ad hanc latet hororæ, quia postliminio videlicet stauratum cælum inter & terrarum commercium tandem interruptum ab illa nocte adeò funestâ, quæ jam jam renescit. Terra jubilat, quia videt demum reflorescere spem salutis, quæ per eam noctem non elanguit curam, sed pane exaruit. Inferni tamen, quia sicut fures, prædones, adulteri, homicidæ sciunt solem parum abspitium, & ideo ab eo abhorrent, & prohibè apparuerit Auroræ, arbitrasterantur

byam mortis. Job. 24. v. 17. ita demones faciunt, quia commodis ipsorum non servit hæc Infans, quæ apparet in mundo. Tu è contrario quid ages? Recordare, cum Aurora exoritur, tunc esse tempus surgendi ad laudandum DEUM. Oportet prævenire solem ad benedictionem, & ad ortum lucis adorare Dominum. Sap. 16. v. 28.

1. Considera hanc ipsam Infantem, quæ ob dignitatem Matris Divinæ, ad quam paratur, hodie nuncupatur Aurora consurgens; quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens simul dici pulcram ut Lunam electam ut Solem. Pulchra ut luna est per Gratiam. Electa ut sol per Gloriam. non dicitur pulchra ut sol, quia sol pulchritudinem suam à se habet. dicitur pulchra ut luna: quia luna pulchritudinem suam habet à sole. Cum igitur audis dici Virginem totam pulcram: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Cantic. 4. v. 7. Cum audis primo conceptionis suæ momento eam recepisse plus gratiæ, quam Sanctorum ullus habuerit sub vitæ exitum; Fundamentum ejus in montibus sanctis. Pl. 86. Cum audis in ea colligi omnia dona gratiæ, etiam gratis datæ, privilegia, & prærogativas, quæ in aliis existunt divisa: In plenitudine Salutorum detentio mea. Eccl. 14. v. 16. Cum legis etiam illi communicari magnos illos titulos Reparatrici, Redemptricis, Mediatrix, Spei, Salutis, Vitæ, qui meritò sunt proptii Solis, hoc est, Christi: Erit lux luna sicut lux solis. Pl. 30. v. 26. ne terrearis, quasi hoc sit nimium extollere ejus

pulchritudinem. quantumcunque extollatur, nullum est periculum; quia constat Christum inrer & ipsam semper hoc manere discrimen, quod est inrer solem & lunam. Christus pulchritudinem suam ex se habet. Maria eam à Christo accipit. an fortè non cedit in honorem solis, quòd possit suos dare lunæ splendores? Signum magni apparuit in celo: Mulier amicta sole. Apoc. 12. Dicitur deinde electa ut sol, quia electio ejus ad gloriam non fuit separata ab electione Christi: sed cum Christus fuit electus à DEO tanquam primogenitus omnium Prædestinatorum: Primogenitus in multis fratribus. Rom. 8. v. 19. electa quoque fuit Maria ut Mater Christi, & destinata in celo ad thronum gloriæ ad eò splendendum, ut, quemadmodum Christus in Beatitudine se solo constituit peculiarrem ordinem, superiorem omnibus sanctis, quorum ipse Rex est, ita & Mater tanquam Regina. Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Pl. 43. Adstitit, non sedit, quia Christi est ordinare gratias inter homines dispensandas, Virginis verò eas petere, & distribuere. A dextris, non à sinistris: quia ipsa partem non habet in sævis punitionibus, quas idem Christus insinuat, sed in gratis tantum. In vestitu deaurato, non aureo, quia gemina stola gloriæ; quæ illam adornat tam quoad animam, quam quoad corpus, non est nativa, ut illa Christo, sed participata. Circumdata varietate, quia diversæ Laureolæ, quæ sunt divise tot inter Choros sive Pro-

phie-

phetarum, sive Apostolorum, Anachoretarum, Martyrum, aliorumque, in ipsa cumulantur. *Vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris.* II. 49. v. 18. Et tu non obstupescis. non amas Infantem, quæ tuo commodo ad eam aliquando evadat celsitudinem? Hinc tribus vicibus per diem solet Ecclesia salutare Virginem, manè, vespere & meridie. Manè, ut memineris maximorum bonorum, quæ illa quasi Aurora præclaro suo partu tibi attulit. *Aurora confurgens.* Vespere, ut memineris gratiæ illius copiosæ, quam illa pro se & pro aliis possidet instar Lunæ, quæ tunc pulchra est, cum plena est. *Pulchra ut Luna.* Meridie, ut memineris ejus gloriæ, quæ jam fruitur. *Electa ut Sol,* ita, ut possit juncta filio ex alto magis irrigare animam splendoribus sempiternis.

3. Considera, quomodo hæc ipsa Infans tam amabilis tibi demum describatur terrore plena: *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* sed quid? ne terrearis idcirco, quia non tibi terribilis est, sed inimicis tuis. sciunt demones, quanta sit vis suspiriorum, & precum, quas illa jam à primis incunabulis cepit sursum emittere. & ó quantum illam timent! ita timent solam, quasi integer esset exercitus Principatum, vel Potestatum jam prælio paratus. Paratus, inquam, quia virgo etiam terribilis vocatur, non sicut *castrorum acies certans*, sed sicut *castrorum acies ordinata.* non dicitur *certans*, quia nondum in aciem processit ad dissipandum Infernum, uti quondam faciet in morte filii ad pedem Crucis: sed dicitur or-

dinata, quia ad id jam se disponit, ut nescis aciem bono ordine dispositam dici posse mediâ ex parte jam victoriam nullo opus est labore, ut terrorem hosti incutiat: etsi nec ferro utatur, nec igne, solo aspectu terret. Talis est Virgo ætate illâ infantili. imò talis esse dici potest in statu etiam præterito, ut in fugam coniecit Inferos omnes, penitusque dissolvat, quid satis potest sufficere videri. *In specie faciei suæ solvit eum.* Judith. 16. v. 8. hinc est, quod non infernus duntaxat, sed nec omnes ejus foederati audire hoc nomen possunt. Tres sunt ejusmodi foederati, Gentiles, Judæi, Hæretici. nec isti simul exercitus ó quantum ipsi quoque Virgine in formidandâ ipsa quippe est, quæ illos jam tepus debet lavit non alio robore, quam magis sui nominis contra ipsos invocari à Christianis. an nescis, quomodo dicitur loquatur Ecclesia? *Gaude Maria super cunctas hereses sola interemisti in universo mundo.* quare? forte quia modo dedit solem illum, qui omnes simul dissipavit errores, qui illi dominabatur? ita sanè. sed non ideo dumtaxat, ob id etiam, quia modo quodam periculi docebat primò Apostolos, qui progressuri erant tres istas Hostium turmas: & deinde semper pergebat proxi cælitus Principes, Pontifices, Doctores, qui contra eas nunc armis, nunc mathematis, nunc dispersionibus dimicabant. an non omnibus hæc turmis DEO inimicis perinde terribilis est? Est sanè terribilis, & *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* quia necesse, ipsi non est contra eas ordinata.

emper est ordinata. quo posito tu
quid ageres sub ejus tentoria quasi in tu-
tam te recipere, si soli vacas contempla-
tioni: si præterea actioni, tantò magis im-
ea te recipere, ut ejus signa sequaris pu-
gnaturus pro ipsa, vel certe cum
ipsa.

XXII.

*Lava à malitia cor tuum Jerusalem, ut salva sis. Usquequò morabun-
tur in te cogitationes noxiae? Jer 4. v. 14.*

Considera, quàm pauci sint, qui
cor suum lavent à malitia. multi
illud mundant, quia multi per Confes-
sionem purgant à culpis, quibus ma-
culantur. pauci lavant, quia pauci
ita per Confessionem purgant, ut non
quodammodo illis adhærere possint. Et
tamen hoc est lavare cor, non relinque-
re in eo vel affectum mali. *Lava à ma-
litiâ cor tuum Jerusalem, ut salva sis.*
Te, quando confiteris, aeculas te ipsi
exempli causâ, quod toties vanam
queris in operibus tuis æstimationem
hominum. hic de finis, & non cu-
tas simul deponere ex animo æstima-
tionem hujus ipsius æstimationis, cogi-
tando, quàm sit inepta, quàm inutilis,
& quàm parùm digna conquirit. ino-
fervas ejus. amorem ad eò propensum,
ut tantum non beatum putes, qui hanc
possidet. *Beatum dixerunt populum,
cui hæc sunt.* dum sic agis, mundas te
à malitiâ, sed non lavas. Et tamen cor
tuum examina, videbis, quantum reti-
neas affectum non solum ad vanam
hominum existimationem, sed ad ami-
citas minus probas, ad delicias, ad ho-
nores, ad recreationes, & ad cætera.

R. P. Pauli Segneri Manna Anima.

quæ mundus adorat. si tam facile fo-
ret omnibus lavare cor suum, quàm est
facile purgare, non diceretur etiam a-
licui Jerusalem, id est, Anima: DEO
consecrata, ut illud lavet. *Lava à ma-
litiâ cor tuum Jerusalem, ut salva sis.*
*Usquequò morabuntur in te cogitationes
noxiae?*

2. Considera, quòdham sit signum
cordis nondum à malitiâ lavari. sunt
cogitationes noxiae, quæ in eo moran-
tur. dixi imprimis noxiae, non male;
nam si in eò morarentur male, sine du-
bio nec mundum cor foret. sed etsi in
eo non morantur male, morantur no-
xiae, hoc est, tales, quæ non contineant
gravem offensam DEI; possint tamen
ad illam sensim incitare, ut sunt cogi-
tationes de gloria, de dignitatibus, de
que illecebris mundi. Istæ haud du-
biè ab affectu nascuntur, qui adhuc re-
manet in corde tuo: ad ejusmodi vani-
tates, & ideo præbent indicium, etsi
fortè sit mundum, non tamen esse lava-
tum. Dixi deinde morantur, non
transeunt. *Usquequò morabuntur in te?*
quia cogitationes noxiæ sæpe transeunt
per mentem quorumvis, & ideo earum

Uuu uu tran-

transitus argumentum non est affectus ad malum, est autem mora signum ejusmodi affectus. unde non dicit Propheta ad Jerusalem: *Usquequo accedent ad te cogitationis noxia? vel Invadent te, vel Ingre dientur ad te, dicit morabuntur in te?* nam in hoc damnum omne consistit. non corrumpunt balsamum ille musca, quæ veniunt, abeuntque, sed quæ in eo quiescunt: *Musca morientes perdunt suavitatem unguenti.* Tu quomodo mentem tuam servas liberam à cogitationibus non modò malis sed noxiis? scias signum præcipuū affectus in te dominantis esse cogitationes tuas. *Apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris.* Ezech. 21. v. 24. Ideo cum pro sacra Confessione conscientiam discutis, vide, quid interdum morosè cogitare soleas, & tum scies, quid lavare oporteat.

3. Considera, quid agendum ut cor purges non tantum à labe, sed à affectu mali. odium concipiendum est ejus mali, quis nescit? an leve? neutiquam, sed quod verè sit odium, quia difficillimum est non reverti ad id amandum, quod magnam vim habet trahendi naturam nostram corruptam, si id oderis quidem, sed odio debili. si per omnes vitæ tuæ dies ad ejus amorè redire nolis, necesse est odisse vehementer. Vides, quid fecerit Regina Esther, ne afficeretur diademati Re-

gio, quod frontem ejus cingebat abominata est. Tu scis, quid abominatum sit? *gnum superbia mea, quod est super meum in die ostentationis meæ.* & dicitur illud, quasi pannum menstruat. Eth. 1. v. 6. & quare odium tam acerbum? quia sciebat, quod, nisi usque ad id disset illud diadema suum, paulatim acciperet amare, & amare hostem etiam magis, quam par esset, prout solent Philistinis accidit, qui quia egressi Egyptum retinebant affectum ad cepasam, & ollas carniū, etiam extra Egyptum ausi sunt facere, quod nunquam Egypto fecerant, nempe inclinatio. Ne putes ergo tempore abundantie debito majorem, cum periturus summum concipias odium mali. Iste verus est modus, ne ames ut modo. & idcirco mirum non videatur, quod Propheta dicat: *Lava à malis cor tuum Jerusalem, ut salva sit civitas, sed ut salva sit, non ad ipsam salutem necesse est odium concipere odium mali, quod est concrum cordis, non quod non debet non amare malum, sed quia pariter berit ut ames, nisi oderis tam vehementer, ut etiam abomineris. Iniquitatem odio habui, & abominatus sum, legem autem tuam dilexi.* Pl. 118. v. 163. Ita quid requiratur, ut pertingas vel ad inorem solum legis Divinæ sentis repugnantis. oportet non odisse tantum iniquitatem, sed abominari



XXIII.

Tunc dicit Rex his, qui à dextris ejus erunt: *Venite benedicti Patris mei, possedete paratum vobis Regnum à constitutione Mundi.* Matth. 25. v. 34.

Considera, qui ait *Venite*, duos designare terminos, unde & quò. utrumque sanè hoc loco Christus exprimit, cum conversus ad Electos post Judicium pronuntiabit omnibus beatitudinis æternæ sententiam, & dicit: *Venite.* Venite, inquam, à laboribus ad quietem, à paupertate ad divitias, à luctu ad risum, à certamine ad coronam, quam vincendo promeruitis. O Jucundum *Venite!* *Emunt ibant & stabant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Pl. 125. v. 6. neque refert, quòd ejusmodi *Venite* contineat modum invitandi omnibus communem; quia qui vis ordo Sanctorum bene distinguet tanquam sibi dictum in particulari juxta propria merita. Venite Prophetæ pro me exules. Venite Patriarchæ pro me vagi. Venite Apostoli pro me abjecti à mundo, & ludibrio habiti. Venite Martyres occisi. Venite Monachi contempri. Venite Virgines, quæ mihi consecratis vestra lilia, & sic de aliis. & quia Sancti nihil magis desiderant, quàm ut servi fideles esse cum Rege suo: ideo etiam ipsi illis dicit: *Venite.* Haftenus fuerint nonnulli ipsi vanti per Gratiâ, alii per Gratiâ si-

mul & Gloriam, paucissimi per gloriâ, càmque plenam, animæ scilicet corpori junctæ. *In carne mea videbo DEUM Salvatorem meum.* Job. 19. v. 26. Ideo dicit: *Venite*, quia priùs è tot Sanctis non nisi rarissimos vocavit hoc modo. O quantopere desiderabant Sancti in omni vita sua verbum istud *Venite.* Ecce ut illud audiunt! at qui volet illo die venire post Christum, quomodo merebitur? si nunc sequatur. *si quis vult post me venire ad gloriâ, sequatur me ad abjectionem.* an æquum putas Christum sequi ad Regnum, & non sequi ad victoriâ? *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.* Apocalypf. 3. v. 21.

2. Considera, quomodo tot inter titulos, quibus in illo actu solenni conferendæ gloriæ compellere Electos Christus potuit, istum electurus sit: *Venite benedicti Patris mei:* quia hic solus omnes includit. Apud nos dicere non est facere. & ideo cum benedicimus alicui, vel bonum laudamus, quod habet, vel hoc illi precamur, non ita DEUS ipse, cum dicit, facit. *Ipse dixit, & facta sunt.* Pl. 32. unde ejus benedicere est infundere nobis bonum, infundere gratiam, infundere dona & doctores, infundere quamli-

Uuu uu 2 bet

bet virtutem. Vult ergo Christus, ut Beati in magno illo cœtu intelligant omnia illorum bona esse à Patre. & ideo dicit: *Venite benedicti Patris mei.* Ipsi verò ò quàm concordī voce protumpeant in verba illa: *Benedictus DEUS, & Pater Domini nostri IESU Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo.* Eph. 1. v. 3. Benedictiones, quas Pater Electis dedit, erant diversissimæ. *Benedixit singulis benedictionibus propriis.* Gen. 49. v. 28. omnes tamen referebantur ad hanc ultimam istius diei, quæ perpetua nuncupatur. *Benedictione perpetua benedicit nos Pater æternus. Amen.* & pro hac potissimum gratias tunc agent. nota igitur, quàm meritò Christus illo die posset dicere Electis. *Venite benedicti Patris mei, per me;* quia quæcumque ipsorum benedictio fuit ipsis data à Patre intercedente Christo: *in Christo,* quia singulis eam promeruit. sed non dicit hoc modo, dum ipsis benedictionem illam afferet perpetuam, ad quam omnes ceteræ referebantur, satis ostendet illo die, reliquas priores à se dependisse. O te beatum, si talem mereri benedictionem contingat! porro ut eam merearis, tantum Patrem cole, & reverere, ut par est. *Ecce sic benedicitur homo, qui timet Dominum.* Ps. 127. non solum benedicitur, sed sic. quia idem Pater alias habet benedictiones, quibus remuneratur filios minùs obsequentes ob nonnulla bona, quæ faciunt: sed non sunt illa, sunt benedictiones carnis, accommodata corrupto illorum genio, non spiritus: *de pinguedine terra, non de ro-*

re cœli. En igitur, ut Electi die illo gratias agent pro iis benedictionibus, quæ solas amârunt. *Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, ò quàm tantam habebunt causam agendi gratias!* quia *omnis benedictio spiritualis in cœlestibus, est, quidquid Patris habet bonorum.*

3. Considera, quomodo Christus Electis illo die daturus sit possessionem Paradisi, cum dicit: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.* Porro Christus in hoc actu alia alimur vocabula, qualia sunt: *Procedite ad Regnum. Percipite Regnum. Intra Regnum.* sed dicit: *Possidete,* & id quidem duplici ex capite. primum ut ostendat pacificam securitatem, quæ beatam eâ beatitudine cunctis securis transtritur, deinde proprietatem. hoc enim possidere. Possessio est bonorum, quæ ad nos spectant ut propria, sicut ut commodata, locata, deposita, &c. bonorum, quorum non habemus, sed duntaxat (uti sunt, quæ ab alieno parantur) sed habemus actuale dominium, uti Rex habet ejus Regni, cui dominatur. Talis erat sua Beati felicitas, & ideo Christus illis dicit: *possidete. Qui vicerit, possidebit hæc.* Apoc. 2. v. 7. Quod si nôsse velis, quare Christus cum posset ejusmodi Beatitudinem et aliis appellare nominibus, *Mercedis, Bravii, præmii, gaudii summi,* illa de voluerit potius Regnum nominare, causa est, quia nullum aliud magis demonstrat non solum gaudium immensum, quod habebunt beati, cum DEUM possident, sed & magnificentiam

gloriam, majestatem, quæ extrinsecus illis accidit, dum in damnatos dominantur. atque ad istud Regni nomen & quantum potest damnati simul omnes tunc fremunt præ rabie, quod videant cunctis seculis tanquam Reges suis dominaturos capitibus illos mendicos, illos miserabiles, quos aliquando vix aspectu dignabantur. *Suscipient regnum sancti DEI Altissimi.* Dan. 7. v. 18. Fratres Josephi sustinere non poterant hunc innocentem, ne per somnum quidem super eos regnare visum. *Numquid Rex noster eris, aut subijcietur ditioni tua?* Gen. 37. v. 28. Cogitaproinde, quid facturi sint damnati, cum viderint illo die tantò præstantiore modo sibi dominari non fratrem aliquem, sed extraneos, sed æmulos, sed eos, quos olim ad eò averfabantur? *Nonne DEVS elegit pauperes in hoc mundo heredes Regni, quod repromisit DEVS diligentibus se?* Jac. 2. v. 5. Nunc intelliges, quare Christus non ante illum diem dicitur sit Electis: *Possidete paratum vobis Regnum.* quia solùm illo die id demum Beati consequentur cum Christo, ut perfectè subiectos pedibus habeant persecutores suos. *Judicium sedebis, ut auferatur potentia illa nempe Luciferi, & membrorum ejus: & Magnitudo Regni, quæ est super omne calum, detur populo Sanctorum Altissimi.* Dan. 7. v. 26. Tu quid dices? an quòd Regnum non cures? Ergo damnatus es, quia die illo finietur status omnis medius, vel dextram tenebis, vel sinistra, vel Austrum, vel Aquilonem, vel Paradisum vel Infernum.

4. Considera; id, quod eo die cu-

mulabit gaudium beatorum, futurum esse, quòd sciant Regnum istud, de quo agim, illis de industria paratum, quippe tanto potiori bono possent fore aliquid servare sollicitudinis, aut metus saltem levis illud amittendi, si licet possessum ab ipsis non esset factum pro ipsis. at cum audient, regnum istud non solùm esse ipsis proprium, sed & paratum, quòdnam poterit superesse dubium: atque hæc erit ratio, ob quam Christus illis dicit: *Possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi,* non solùm Regnum, sed paratum vobis. Ita est: non erit hæc sola ratio, præterea ita Christus loquetur, ut tanto melius advestant Sancti summum amorè Patris, dum is ipso momento, quo cogitavit de constituendo Universo, simul cogitavit de paranda ipsis Regia tam pulchra, qualis est cælum Empyreum. *Paravit illis civitatem.* Heb. 11. v. 16. & eos prædestinavit ad tantum fastigium gratiæ, gloriæ, dignitatis, qualis est illa, cujus eo die capient possessionem. si quâ ratione possis concipere animo laudes illas ingentes, quas Patri dabunt, reputa eas tecum ipso, sed certus te eas assequi non posse. Intereim adverte non dici, Regnum ipsis fuisse datum à constitutione mundi, sed paratum, quemadmodum bravium paratur currenti, præmium certanti, merces duos sustinenti labores, quia ejusmodi preparatio Regni non facit, quò minus id verè debeant suis obtinere meritis. *Preparavit Deus iis, qui diligunt illum.* 1. Cor. 2. v. 9. fuit paratum à constitutione mundi, sed post constitutionem mundi promeritum.

Uuu uu 3

XXIV.

XXIV.

Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: *Discedite à me maledicti in ignem aeternum.* Matt. 25.

Considera, quam diversa sint verba, quae Christus reprobis dicit in iudicio, ab illis, quae paulò antè dixerat Electis. Istis dicebat: *Venite.* illis dicit: *Discedite, & discedite à me in ignem aeternum.* ò diram repulsam! compara hìc quoque tecum duos terminos, unde, & quò, à me, in ignem aeternum, & senties terrorem. foret sanè malum non leve exulare à pulcherrima DEI facie; at exulare, ut insuper ardeat in igne omnium acerbissimo, qui concipiente possint, & igne quidem aeterno, quæso quid erit? Duo erant delicta peccantium in quavis eorum culpà mortali, Aversio à DEO, & Conversio ad creaturam. & ideo æquum est utrumque puniri pro merito. Aversioni à DEO responderet pœna damni: *Non videbitis gloriam Domini.* Isa. 36. v. 10. atque istam insinuans dicit Christus illis infelicibus: *Discedite à me;* cùm æquum omnino sit, ut, qui terram promissionis non curavit, ad eam non pertingat: *Furavi in irâ meâ: si introibunt in requiem meam.* Ps. 94. v. 11. Conversioni ad creaturam responderet pœna sensûs. *Cruciantur die ac nocte, in secula seculorum.* Apoc. 20. v. 10. atque istam insinuans adjungit: *in ignem aeternum,* cùm perinde

æquissimum sit, eum, qui, in sensibus, in cupiditatibus, in carnibus, in sensibus, suo corpori, ipsam suam queatur cupiditatibus veris in carnis & in carne, in sensibus, in corpore sentiat non ignem duntaxat, sed & ceteros cruciatibus omnes, prorsusque respondentes, quos in igne habebit. *In mensurâ contra mensuram, cùm abjecta fuerit, iudicabitur.* Mat. 27. v. 8. *In mensurâ pœna contra mensuram culpe.* Itaque cruciantur isti omnes comprehenduntur aeterno ignis, non solum quia carnes, in quo eos sustinebunt damnati, erunt ignis, *Mitto eos in carniem ignis.* Mat. 27. v. 24. Sed etiam quia carnes impetia, quæ non sunt ignis, habebunt in inferno ad cruciandum vim ignis & acerbiterem ignis. *De igne dicitur, & ignis consumet eos.* Luc. 15. v. 7. *forcipes igneæ, erunt ignis, sagittæ igneæ, serpentes igneæ, quibus quid in ea Abyllo concipere nec potes, nec ipso excepto puri halitus, quem spirabunt damnati, et ignis ille: Spiritus vester ut ignis vorabit vos.* Isa. 33. v. 11. Et tu cum possis audire à Christo: *Venite,* audire potius voles illo die: *Discedite à me,* ah absit, quovis impendio stare contere, ut audias: *Venite.* ò quantum

heretum ! si aliud non foret , quàm quod te subducas igni , nullum satis est pretium . & ignis tamen est æternus . *Nocte & die non extinguetur : in sempiternum ascendet fumus ejus . Il.* 34. v. 10.

2. Considera , quemadmodum Electi fuerunt ad decus suam à Christo nominati Benedicti , ita Reprobos ad probrum appellandos Maledictos . Verùm ista est inter Electos & Reprobos diversitas singularis , quòd Electi habuerint bona sua à Patre , Reprobi verò mala sua à se . *Perditio tua ex te Israel , tantummodo in me auxilium tuum .* Osè. 13. Et ideo mirum non est , quòd illi non solum dicantur Benedicti , sed Benedicti à Patre . *Venite benedicti Patris mei .* hi verò solum dicantur Maledicti : *Discedite à me maledicti in ignem æternum .* Nemo nostrum sine Patre potuit esse idoneus obtinendo Paradiso , nemo illum obtinere : & ideo ipsi , qui obrenturi sunt , Christus dicit : *Venite Benedicti Patris mei .* Quivis nostrum sine Patre potuit negligere adeptionem Paradisi , & ideo ipsi , qui adepti non sunt , dicit Christus : *Discedite à me maledicti* , sed non etiam adjunget : *Maledicti Patris mei .* non quòd illo die maledictio non etiam ipsa danda sit à Christo Patris nomine , prout dabitur Benedictio , sed quia Patri adscribenda non est . & quis Pater ille , qui non malit benedicere , quàm maledicere filijs ? si maledicat , non facit nisi eorum compulsus inobedientià . *Maledicti , qui declinant à mandatis tuis .* Pl. 118. v. 21. Tu quid

ad hæc dicis ? bene considera , quia penes te est , dum vita constat , vel per merita obtinere benedictionem , quàm Pater dare amat , vel per delicta illam excidere . at si benedictionem non consequaris , memineris te non posse subterfugere maledictionem . alterutra habenda est . Talis est mos Patris , vel benedicit filijs , si sunt boni , & hæredes facit : vel maledicit , si sint mali & hæreditate excludit . *Ecce propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem . Benedictionem , si obedieritis mandatis Domini DEI vestri , maledictionem si non obedieritis .* Medium nullum est . Deut. 11. v. 26. Miserum ergo illum filium , qui maluerit maledictionem . *Dilexit maledictionem , & veniet ei : noluit benedictionem , & elongabitur ab eo .* Pl. 108. v. 18. non solum recedet ab eo , sed elongabitur , quia quantumvis miser agnito errore illam desideret , amplius assequi non poterit . *Scitote enim , quoniam & postea cupiens Esau hereditare benedictionem , reprobatus est : non enim invenit penitentiam locum , quanquam cum lacrymis inquisisset eam .* Heb. 12. v. 17.

3. Considera , ut manifestius constet maledictionem non esse adscribendam Patri , Christum , dum loquitur Electis , illo die equidem dicturum : *Possidete paratum vobis Regnum .* Sed , dum loquitur Reprobis , non dicturum : *Discedite in paratum vobis ignem .* quia Pater Paradisum fabricavit , antequam filiorum quisquam eum esset promeritus , sed non Infernum .

Infernus fabricatus est ipso momento, quo rebelles Angeli eum merebantur. & quia hoc potius factus est pro demonibus, non pro hominibus, ideo hominibus loquens Christus dicit: *Qui paratus est diabolo & Angelis ejus.* non dicit: *qui paratus est vobis.* Ita est, postquam est factus, Pater eum adhibuit hominibus, uti prius demonibus plectendis, sed non intentione primariâ. adhibuit, quia, cum tot homines etiam ipsi mallent adherere Lucifero quàm DEO, conveniens erat, ut demum habitarent in Regno ejus, quem sibi regem elegerant. Ceterum an putas, si Infernus factus esset pro nobis, mittendum à Patre de caelo in terram fuisse filium, qui tantâ sanguinis profusione ab eo nos liberaret? factus est non nisi pro Angelis rebellibus: *Paratus est diabolo & angelis ejus.* & hinc vides istis post lapsum nullum esse relictum remedium, uti nobis relictum est. Quodnam igitur erit probrum tuum, si regni illius facias jacturam, quod pro te factum est, & proiciaris in ignem, qui non est factus pro te, sed pro inimicis tuis diabolis? *frater sui Draconum, & socius struthionum.* Job 39. v. 29.

4. Considera, quomodo Christus primò vocaturus sit ad Regnù Electos, dicendo: *Venite.* & deinde expulsurus ad ignem Reprobos dicens: *Discedite.* & id quidem triplici ex capite.

primò, ut ostendar, quanto magis merer benefacere, quàm nocere. *Nam quid voluntatis mea est non nocere?* dicit Dominus. Ezech. 18. v. 25. & que istud respicit bonitatem Judaei. Secundò ut citius consoletur Electos, & honoret in praesentia hostium, qui eos in terra aut vexarunt, aut sperarunt. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* Job. 22. v. 29. & illud respicit dignitatem eorum, qui à detritis stabunt. Tertio ut reprobos, quibus eruciet reprobos, faciatque ad conspectum illius gloriae, quibus quo Electi suam audient semper, crepare invidia. *Pecator videtur, & irascetur; denibus sui frater, & habeser.* Psal. 111. v. 10. & illud respicit confusionem eorum, qui horrent ad sinistram. Tu interim, metis oculis conijce in vias diversas, quas perferre Electi quidem sursum. *Reprobos sursum.* *Ibunt hi in supplicium aeternum.* *Iusti autem in vitam aeternam.* quare quid vias nobis fingimus in illa punctione aeterna, quae momento fuerit populum tam vastum? Evolvitur Electi amoris impetu elati in ista flamma ad sphaeram suam. & eodem momento deliscens terra omnes Reprobos vitro suo deglutiet. tanta vis erit vocis, quâ dicit Christus illis quidem

Venite: istis vero Discedite.

dis.
**
*



S Catharina Virgo & Martyr.

In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. I. Sap. 1. v. 1.

1. Considera sapientem in quocunque genere dici illum qui scit judicare de rebus secundum primas altissimasque causas, & secundum easdem ordinare. Et ideo tales sunt artis cuiuslibet Magistri, tantò scilicet meliores, quanto possunt altiùs judicare de rebus in arte sua, easque ordinare. *Ut sapiens Architectus fundamentum posuit. I. Cor. 3.* Ita est, prima & suprema causa, quæ omnia transcendit, Deus est, unde qui solum scit judicare de rebus, easque ordinare secundum causas inferiores Deo quantumvis altas, dicitur equidem sapiens, sed in eo genere dicitur, v. g. Architectonicæ, Juris Civilis, SS. Canonum: non dicitur sapiens absolute, solum ille dicitur absolute sapiens, qui novit judicare de rebus, & eas ordinare secundum causam earum supremam, quæ est Deus. *Ecce timor Domini ipsa est sapientia. Iob. 28. v. 28.* Ratio est, quia omnes artes illæ minores parùm per se ipsas valent, nisi cum ipsis possideatur ars maxima, quæ consistit in consecutione ultimi finis. Hinc ceteræ ancillari debent omnes, & ideo noveris cum illis omnibus, quotquot sunt, te damnari posse, nisi accedat etiam ista, tunc verò quid om-
R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

nes illæ juvabunt? *Et si quis fuerit consumatus inter filios hominù, si ab illo ab fuerit sapientia tua Domine, in nihilum computabitur. Sap. 9. v. 6.*

2. Considera hanc sapientiam tam excellentem, de qua loquimur, donum esse proprium Spiritus sancti, qui modo quodam speciali inspirat animabus, quomodo de rebus omnibus oporteat judicare, & quomodo secundum Deum eas ordinare, id est secundum voluntatem Dei, secundum placitum & gloriam Dei, & qui maxime quaestuosus est; Amorem Dei. Id, quod intelligebat Apostolus, cum diceret: *Homo spiritualis iudicat omnia.* non quòd ille judicare semper possit secundum regulas inferiores, quales sunt humanæ, sed quia semper de ijs judicare potest secundum superiores, quales sunt Divinæ. Mirum ergo videri non debet, quòd sapiens hoc loco dicat: *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* quia Spiritus sanctus, qui dat ejusmodi sapientiam, averfatur Animam malevolam, id est, animam addictam superbiæ, Iræ, Invidiæ, Acediæ, quæ è vitijs capitalibus magis propriè attribuuntur animæ, & aver-
Xxx xx fatur

fatur corpus subditum peccatis, hoc est, Crapulis & libidini, quæ vitiorum Capitalium magis propriè tribuntur corpori. & ideo num Spiritus sanctus illis infundet donum adeò singulare? *Spiritus sanctus auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.* Sap. 1. v. 5. Oportet prius tali hospiti recipiendo, qualis est Spiritus sanctus, preparare cor tuum, pulsus omnibus cuiuscunque generis peccatis, tanquam operibus nimium stultis, & tunc donorum ejus particeps eris; cum non sit eorum Principum unus, qui dona sua alienis transmittunt manibus, ipse illa affert. *Spiritus plenus ex his veniet mihi.* Jer. 4. *In fluit in eum Spiritus Domini.* Irruit in eum Spiritus Domini. *Fuit in eo Spiritus Domini.* Iud. 3. v. 10. Istæ sunt voces, quibus de ipso loquitur Scriptura. imò ista est ratio, ob quam dicitur similis vento vehementi, quia imbrem suorum favorum non solum in sinum depluit, uti ventus ordinarius, sed ipse defert. *Factus est repente de caelo sonus tanquam aduentus Spiritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant sedentes.* Act. 2. Vis igitur accipere, hanc sapientiam tam præclaram, quæ donum ipsius est? Ipsummet roga, ut ad te veniat. *Inuocavi, & venit in me Spiritus sapientie, hoc est, Spiritus dator sapientie.* Sap. 7. v. 7.

3. Considera, cuncta peccata tam Spiritus quæ in carnis, quæ priore puncto in sinu avimus, duas includere pervertitates. Una est aversio à Deo,

altera Conversio ad res creatas. Nihilominus inter utraque hoc diffinitum est, quòd ista corporis plus habeat de conversione ad res creatas, quæ omnia complentur in latissimo Appetitu sensuali, qui capax non est carnis voluptatum, quæ à Deo procedunt, & quatenus in eum redundant, unde etiam si non perinde existet, ut Spiritus, tam reus non est. Peccata Spiritus plus habent Aversionis à Deo, licet iste capax omnino foret voluptatum, quæ à Deo proficiscuntur, cur non curat, ut potius illis adherat, ut cebris, quas à rebus capis creatas habet, quòd peccata, quæ sensuali operantur, plus habeant de libidine, quæ carnalia, plus animalia. In ista Anima operatur ut Anima in carnis, & ideo retinet nomen Animæ. *In malivolam animam non introibit sapientia.* In istis Anima, ceu foret eadem cum corpore, potius corporis gratia operatur quàm sui, ideo relinquit nomen Animæ, & suscipit nomen Corporis: *neque habitabit in corpore subditum peccatis.* In illis operatur Anima etiam propria tanquam domina, & dicitur velle malum: *in malivolam animam, id est, in animam volentem malum non introibit sapientia.* In ista operatur Anima tracta potius ad servitium Ancillæ ab Appetitu sensuali, quæ non tam anima quàm corpus fuerit, & ideo non tam velle dicitur malum, quàm ad volendum esse libidinis. *Neque habitabit in corpore subditum peccatis.* Tu interim non erubescere ipsam

dum te à capite ad calcem considerans
nescis, quam partem habeas foetidior-
rem, nobilem, an ignobilem?

4. Considera, quod hoc loco præ-
cipue notandum est, dici de sapientia:
in corpore subdito peccatis non habitabit.
In malevolam animam non introibit.
Ratio est, quia, sicut peccata spiritu-
alia naturâ suâ plus habent Aversionis
à Deo, quam carnalia, ita nec menti
propinquare sinunt illam sapientiam,
quæ hoc spectat, ut Deus in omnibus
semper sit prima Regula. *Initium*
superbia hominum apostatate à Deo,
quoniam à Deo, qui fecit illum, recessit
cor ejus. Eccles. 10. v. 14. Et sicut pecca-
ta carnalia plus habent conversionis
ad res creatas, quam spiritualia, etsi
minus habeant Aversionis à Deo, ita
dam nonnunquam sunt causa labendi,
sinunt equidem magis appropinquare
sapientiam cordi hominis radio quo-
dam fidei coruscante, qui cum excitet,
aut exhortatione terrificâ, quæ com-
moveat, aut exemplo salutari, quod
compungat, quid porro? etsi introire
sinant, perieruntque tamen morari diu-
tius non permittunt ob vehementem
adhesionem cordis ad rem creatam,
ad quam se convertit. *si subito appa-*
verit Aurora, arbitrantur umbram
mortis, & sic in tenebris, quasi in luce
ambulant, dum gaudent sensuales illis

suis sensuum illecebris, quasi forent
sinceræ deliciae sapientiae, cujus non
sunt capaces. *Iob. 24. v. 17.* verbo is,
cui dominantur peccata spiritualia,
ægrè admodum convertitur. *In male-*
volam animam non introibit sapientia.
Cui dominantur peccata carnalia, si
non tam difficilis est ad conversionem,
certè valde est debilis ad perseveran-
tiam. *Nec habitabit in corpore subdito*
peccatis. Utrumque malum est gra-
vissimum, quodnam sit majus, diffici-
le est divinare. Quidsi ergo in te tara
Spiritualia quam carnalia unitis viri-
bus pessima quæque in tui perniciam
designarent, utendo perfidis solùm
propensionibus suis, nunquam hæc-
tenus abs te sat eradicatis ex anima pa-
rium amante Dei, aut ex corpore ni-
mium suis addicto oblectamentis?
Quo casu contingeret infelici sorte te
accenseri filiis Agar, qui non sunt apti
aliam querere sapientiam quam ter-
renam. *Filii Agar, qui exquirunt pru-*
dentiam, qua de terra est; viam autem
sapientiae nescierunt. Baruc. 2. v. 23.
secus ac illa Virgo, cujus hodie festum
agimus diem, adeo sapiens, quia di-
versorium fuit Spiritus sancti, qui in
ipsa tanquam Templo suo con-
quievit.

* * *



XXVI.

Dominus mihi adjutor, non timebo, quid faciat mihi homo.
Ps. 117. v. 6.

1. **C**onsidera unam è maximis perturbationibus, quæ fortè in via Domini tuum spiritum affligunt, hanc esse, quod occurrat, quid tu demum faceres, redactus ad illum horridum conflictum, quo vel perdendum, quidquid habes in mundo bonorum, amicorum, facultatum, honorum, propinquorum atque adeò ipsius vitæ, vel peccandum? An generosè sustineres assultum, & potius torreris ignibus, secari, lacerari, laniari malles, quam succumberè? hæc illarum una est cogitationum, quæ nunquam, ut manifestum est, ultro sunt accersendæ: quia cum mala distinctè apprehensa vim habeant maximam nos percellendi, stultè te conijceres in tentationem. Idcirco sufficit ea tibi repræsentare mala, quæ probabiliter evenient, vel ad animandum spiritum vel armandum, quia solum de his scripsit Apostolus: *Vosmet ipsos tentate, si estis in fide* 2. Cor. 13. v. 5. & non illa, quæ evenire solum possunt. Sed quid juvat: quamvis ipse illa tibi non repræsentet, repræsentat interdum satanas hostis tuus, ut, quantum in se est, saltem illusionibus & larvis objectis te superet. Unde si nôsse velis, qualem in ejusmodi occasionibus gerere te oporteat, ecce hîc brevi compendio expressum, ab illo expedire te debes hoc versiculo, quem in

casu simili instar fulminis vitæ tuæ, vultus aliquis Martinus, & illi respondere, te nihil cum Dei auxilio formidare. *Dominus mihi adjutor, non timebo, quid faciat mihi homo.* nonne videtur esse viros illos igneos, qui appaerunt in Palarijs arte magica aut per prestigijs efformatis? si vestimas, herodes sunt: si animosè aggrediaris, occidunt, ceu muri forent de cæulis. hoc est, qui non sunt consecrandi, vel prosternendi, sed transiendi; *De Deo meo transgrederar murum.* Ps. 124. v. 4.

2. Considera pro solatio tuo, nihil omnino fidendum in te, sed in solo Deo. *Dominus mihi adjutor, ideo diffidentia,* quam modò expertis in te, non de viribus tuis, non indicat de te habere propositi quocumque casu agendi, quod oportet, ad honorem Dei, indica potius vivam & veram miseriam tuam cognitionem, quæ merito faciat te pessima quæque ominari. Sufficit, quocumque tempore, quo tanroperè diffidisti, tantundem confidere Deo, imò longe amplius: quia sine comparatione major semper erit ejus miseriam, quam indignitas tua, major potens, quam imbecillitas tua: *non est, qui resistat manui ejus.* Dan. 4. v. 32. certum est, quod modi sensus diffidentia de te ipso, quam bonus est: multò est melior, quam si putes te summum & securum.

consistere : quia Deus solet confundere præsumptos : *De sua virtute gloriantes humiliat. Iudith. 6. v. 15.* Ita cernimus multos, qui Magnam habebant de se fiduciam, ubi ventus est ad certamen, turpiter cessisse; *Coverfi sunt in die belli. Ps. 77. v. 9.* alios verò qui trepidabant, stetit fortiter, quia ipsa fragilitatis suæ cognitio eos stimulabat, ut Divinum quaererent auxilium, ut se demitterent, ut vigilarent, & orarent infirmis precibus, ne & ipsi cederent tentationi, quæ fuit causa dicendi Apostolo: *Cum infirmor, tuac potens sum 2. Cor. 12. v. 10.* noli itaque tristari, si videaris tibi in magna positus tentatione casurus. Satis est, quòd nihilominus speres te non casurum, non ob vires tuas presentes, quas nimis quàm debiles esse nosti, sed ob illas, quas tunc tibi Dominus præstabit accomodatas necessitati, in dando auxilio.

3. Considera pro majore tuo solatio, necessitudinem quidem requiri, ut nunc tantam habeas Spiritum fortitudinis, quantus est necessarius ad superandas ejusmodi tentationes adèdè terrificas; quia Deus nihil agit frustra, & ideo dare non solet eam gratiam, quæ requiritur ad obtinendam victoriam in gravi certamine, quando ejus occasio non est. Utud autem quid obest? si non dat, certè dabit. *Dominus virtutem populo suo dabit. Ps. 28. v. 11.* Samson fortissimus fuit hominum. an putas eum continud sensisse tantum robur suarum virium? nequaquam: sed cum illi leones occurrebant in sylvis,

aut in urbibus ab inimicis suis se circumdatum, lacesitum, & tantum non oppressum videbat, subito illud cælitus sibi sensit inspirari. Unde, quoties ille grande aliquid præstitit, solebat Sacra pagina hac potissimum formulâ de eo loqui, irruisse in eum Spiritum Domini. *Irruit in eum Spiritus Domini, & dilaceravit leonem. Iud. 14. v. 6. Irruit in eum Spiritus Domini, & percussit triginta viros. Iud. 14. v. 19. Irruit in eum Spiritus Domini, & sicut solent ad odorem ignis lina consumi, ita vincula, quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta. Iud. 15. v. 19.* quippe vires adèdè superiores naturâ illi dabantur, prout usus postulabat. Noli terri his, quæ modò suggerit inimicus, ut cadas animo: sed spera in Deo, quia ille ideo vocatur. *Adjutor in opportunitatibus. Ps. 7. v. 9.* quòd his adventibus daturus sit robur, quod nunc deest. *Infuset in te Spiritus Domini, & mutaberis in virum alium. 1. Reg. 10. v. 6.* non meministi, quid de sapientibus scribatur, qui fidem habuerunt in Deo? scribitur, eos per hanc fidem fortes factos esse in bello. *Hebr. 11. v. 34.* non solum fortes ad bellum, sed fortes in bello, quia illo ipso momento, quo utendum erat viribus pro honore Divino, eas consecuti sunt; *Convalescerunt de infirmitate. ibidem.* unde fiducia in Deo non est præcipuè fundanda in ea gratia, quam ab ipso jam accepimus, sed in ipso Deo, qui cum necesse fuerit, nobis dabit gratiam sine comparatione majorem, quàm dederit. *Ego ero fidens in emio. Hebr. 2. v. 13.*

4. Considera aliud esse fiduciam in DEO, & aliud præsumptionem. Præsumptio est, quæ fidendo in Deo transgreditur terminos legum ab eo Præscriptarum, fiducia eos servat. Jam verò leges præscriptæ sunt istæ, ut si cognoscamus nos destitutos gratiâ veniendi ad magna certamina, eam desideremus, petamus, & quàm maximè possumus, nos exerceamus in minoribus præliis cum ea gratiâ, quam pro illis nunquam solet negare. *Exerce te ipsum ad pietatem.* 1. Tim. 4. v. 7. Dixi, quàm maximè possumus: nam si in istis quoque non raro labimur ex fragilitate, nõ ideo despondendus est animus, quasi succumbere in minoribus pugnis sit se reddere indignum, gratiâ pro majoribus, sed succumbere per infidelitatem, succumbere per ignaviam, succumbere, quia detrectamus pugnam, & volumus, ut DEUS vincat pro nobis, sine nobis, hoc est, quod DEO displicet, quia est perniciofa fiducia præsumptiva, non audis, quid hic dicat

Vates Regius: *DEVS meus, & Adjutor meus.* at si ille nos adjuvat, vult tempus etiam à nobis præstari aliquid ex parte nostra; aliàs certè non adjuvaret, sed totum faceret. Quod si ergo videris tibi non experiri modò eas vires, quibus esset opus ad superandam tantam difficultatè, quantas fingit invidiosus accidere tibi posse à quocumque videtur ne etiam diabolico, desideria habere, & ut habeas postula, quod faciat esse. Ut utere deinde illis exiguis, quas DEUS largitur velitationibus, quocumque occurrentibus, ex æquo respondere, nam ipse Samson, qui solum ad bellandos Philistæos à DEO obtinuit vires adeò prodigiosas, dicitur tantam infantia dedisse specimina molæ viri fortissimi. *Crevit pars, & vendidit ei Dominus, capitiq; Spiritus Domini esse cum eo in castris Dan.* Jud. 13. v. 24. primò in castris Dan, ubi pugna fuit umbratilis. deinde in castris *listinorum*, ubi fuit campus armis.

XXVII.

Cum accepero tempus, ego Justitias judicabo. Pl. 72. v. 1.

1. Considera nunc concedi tibi à Domino tempus perquam idoneum, & copiosum faciendi bene, modò illud velis impendere. *Dedi illi tempus, ut penitentiam ageres.* Apoc. 2. v. 21. quid autem? quemadmodum nunc dat, ita die quodam rursus illud tollet, ut totum sibi vendicat. hanc causam esse puta, cur non dicat hoc loco: *cum a-*

derit tempus, ego justitias judicabo, sed cum accepero tempus? quia secundum nonnullos vult tibi indicare, quomodo denique accepturus sit pro se tempus illud, quod nunc est tuum tu vero quid facies? nihil ejus habebis amplius pro te, nec momentum quidem. *Tempus non erit amplius.* Apoc. 10. v. 6. certe accipiet tempus suum, hoc est tempus tibi

sibi destinatum, & determinatum pro
 iudicio tunc autem, o quam strictam
 exiger rationem etiam huius ipsius
 temporis, quod modo tibi concedit!
Vocavit adversum me tempus. Thr. i. v.
 15. cogita nunc tantisper, quomodo id
 impendas, in rebus utilibus an vanis?
DEUS illud tibi largitur, ut eo negoti-
 etis pro aquirendo? *Paradiso*, & tu sper-
 nis, aut non uteris nisi ad accersendum
 tibi interitum: o tempus male consum-
 ptum! tunc cognosces, quando tuo
 tempore finito succeder tempus Domi-
 ni. sed forte longius abest? *Prope est,*
ut veniat tempus ejus. Ha. 14. v. 1.
 2. Considera, cum acceperit tempus
 ejusmodi, iudicaturum, prout dicit hoc
 loco, Justitias. *Cum acceperit tempus,*
ego justitias iudicabo. quis sensus ver-
 borum? Juxta phrasim Hebraeam *justi-*
tias iudicare, significat iudicare cum re-
 strictudine, cum rigore, cum strictissimis
 Justitiarum legibus. *sedisti super thronum,*
qui iudicas justitiam. Pl. 9. v. 5. Vult
 ergo dicere Dominus Misericordiam
 eo die non habituram amplius locum,
 sed solam Justitiam. at juxta commu-
 nem SS. Patrum *justitias iudicare* idem
 est ac iudicare etiam opera per se justa,
 ut dispiciat, an illa facta sint tempore,
 sine, modo, ceterisque circumstantiis
 praescriptis. Ideo dicit hic Dominus:
Cum acceperit tempus, ego justitias iudi-
cabo, ut scias eo die non solum iudica-
 turum iniquitates, sed & justitias. *Pur-*
gabit filios Levi, qui sunt justis, & col-
abit eos, quasi aurum, & quasi argentum.
 Mal. 3. v. 3. quoposito quis nostrum
 miserabilem securus erit? Examina te

ipsum, & videbis, multa continuo a te
 fieri opera per se justa, sed faxit DEUS,
 ut perinde omnia facias justè. Evolve-
 res corollam precatoriam, recitare
 Psalmos, recipere Sacramenta, Missæ
 Sacrificio assistere, aut stipem dare
 pauperibus sunt opera per se justa, quis
 hoc ignorat? sed quomodo ea facis?
 quantis cum evagationibus animi,
 quantâ solocordiâ, quàm variis mixta de-
 fectibus? & tamen quid ait Scriptura?
Qui custodierint iusta justè, justificabun-
tur. Sap. 6. v. 11. *non qui custodierint ju-*
sta, sed qui custodierint iusta justè. Id
 quod hominem facit sanctum, non est
 materiale operis, sed potius formale.

3. Considera multos esse in mundo,
 qui faciunt ex parte sua justitiam, af-
 firmando, se non obligari in consciencia,
 vel ad implendam in hoc rerum sta-
 tu debitam restitutionem, vel ad dan-
 dam hanc veniam, vel ad deferendum
 hoc commercium, vel ad alia ejusmodi
 faciendâ opera, ad quæ, si confiterentur
 aliis casum vellent magis Religiosis,
 quàm sint ipsi, facile agnoscerent se
 obligatos. Unde hoc loco patet Do-
 minus innuit, ut quisque sententiam
 nec tam facile ipse sibi statuat ejus-
 modi prietas justitias, quia tempore
 suo cognitarus est, quid habeant posse-
 ris. *Cum acceperit tempus, ego justitias*
iudicabo. o quam multa forsitan tu fa-
 cis tibi licita, quæ revera non sunt. cu-
 ra non est, ut interrogas, quos oportet
 habere, non casuum peritos, non conscien-
 tiarum arbitros. Es de numero illorum,
 qui ipsi sibi sunt lex. Rom. 2. v. 14. sed
 lex proprio accommodata genio. Ita-
 que

que memor esto, omnia ad rationem revocanda, & à quo Judice? ab eo, qui novit discernere Justitias sinceras à palliatis. *Non secundum visionem oculorum judicabit.* Ita, II. v. 3. Ideo vel in ipso bono, quod agis, aut omittis, assuece non tam facile proprium sequi iudicium, sed aliorum consilium. *Beatus, qui non iudicat semet ipsum in eo, quod probat.* Rom. 14. v. 22.

4. Considera, sicut Dominus iudicabit tempore suo Justitias, quas ipse falso tibi comiseris, cum es reus, ita iudicaturum etiam illas, quas falso in te statuunt iudices infensi, cum es innocens. Ideo si nunc inter homines forte accipis injuriam, ne sis vili & abjecto animo, veniet enim dies, quo magnus ille Dominus, de quo scribitur: *faciet iudicium injuriam patientibus, dat escam esurientibus.* Pl. 45. v. 7. æquè iudicaturus est sententias injustas, ut jus dicat iis, qui damnati passi sunt, qui per injuriam vel tyrannidem oppressi. *Cum accepero tempus, ego justitias iudicabo.* ne graveris expectare tantisper. *Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meae in futurum.* Soph. 3. v. 8. Quamprimum injuriam accipis à Principe, à Præposito, à tribunali, velles fulmina de cælo mitti, quæ linguis igneis pro tua innocentia perorent; & vix teneri potes, quin sæpe dicas Deo cum Habacuc: *Usquequo Domine clamabo, & non exaudies, vociferabor ad te vim patiens, & non salvabor?* Habac. 1. da tempus tempori. non audis, quomodo hic loquatur Dominus? *Cum*

accepero tempus, ego justitias iudicabo. Ille tibi jus dicit: ne dubita: sed in modo, non hodie, non cras, non die, quem tu illi velles prefigere. & Judici suo supremo, eo dicit, quem ipse sibi melius elegerit. Tu facile me errares unum diem sumens, pro alio ipse scit aptissimum. *Stans dies, in quo iudicaturus est orbem in equitibus.* Apoc. 17. v. 31. Itaque cogna illas animas afflictas, quo jam olim ad altum clamabant ad Deum: *Usquequo vindicas, sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra?* respondimus ei in silentio quiescerent tantisper, et nondum esset tempus. *Diximus illi, ut requiescerent tempus ad hoc tantum, donec compleantur iræ servorum eorum & fratrum eorum, qui interficiendi sunt.* sicut & ill. Apoc. 6. v. 11. An existimas te solum in mundo sentire iras potentium, qui, quod volunt, possunt? non est ita. de quæ locios numerabis calamitatum, etiam majorum tuarum, quibus illos opprobriabant iudices terræ? Est autem omnino necesse, ut impleatur numerus, qui triumphus Divinæ Justitiæ reparant de tot humanis iudiciis male commotis, quanto erit plenior, tanto in illis strictior. Tu interim sustine, & tunc requiescite adhuc tempus modicum, quia si Dominus nunc tuo clamore honori vellet consulere, tunc foret ejus gloria. Tunc erit ejus gloria plena, erit perfecta, quando eodem momento tibi reddet, quod tuum est, & simul reddet aliis innumeris,

XXVIII.

Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.
Deut. 2. v. 23.

1. Considera cuncta hujus mundi mala, quantumvis acerba & dolorifera non mereri omnino nomen mali, quia non sunt pura mala. semper habent aliquam mixturam boni, quod si non compenset, certe mitiget. *Contra malum bonum est.* Eccli. 33. v. 13. In inferno non sic est. ibi mala omnia sunt purissima. unde Deus de damnatis loquens tantâ cum Emphasi dicit hoc loco: *Congregabo super eos mala.* non memorat distinctè venena, lanienas, ustulationes, nec quodvis aliud eorum suppliciorum, quæ Reis in hac terra à tortoribus inferuntur; imaginari tunc posses opposita venenis antidota, laniensis balsama, ustulationibus balnea, aut cuicumque alteri supplicio saltem mortem, quæ & ipsa bonum non leve malis affert, nempe finem. Dicit mala, ut, dum concipis in inferno venena lanienas ustulationes, & quidquid aliud fingi potest doloriferum, in hoc sistas, nec quidquam jungas boni, quia nullum est pro damnatis. *Ecce ego vigilabo super eos in malum, & non in bonum,* ait Dominus Jer. 44. v. 27. *Vigilabit in malum,* quia faciet eos sentire amaritudinem luctus, sed *non in bonum,* quia non patietur eos sentire quidquâ lenitatis. *vigilabit in malum,* quia faciet sentire angustias carceris, sed *non in bonum,* quia non

patietur frui solatio solitudinis. *vigilabit in malum,* quia faciet experiri tenebras noctis, sed *non in bonum,* quia nō permittet etiam experiri silentium, somnum, & vel unius momenti quietem. numquid poterunt illi infelices sperare post aliquot secalorum myriades malorum finem? nec istud quidem, tunc enim super ipsos *vigilaret* Dominus non solum *in malum,* sed & *in bonum,* si eum malorum poneret terminum. Ut puta, & mera sint mala, oportet eam, qui patitur, esse certissimum, ea fore æterna. *Et dixi: perijt finis meus.* Thr. 3. v. 18. æternum luctum, æternam captivitatem, æternas tenebras, æternas feras, æternum ignem, & ante omnia æternam desperationem videndi unquam pulcherrimam Dei faciem, ob quam in hanc lucem sunt editi. *Pœnas dabunt in interitum æternas à facie Domini.* 2. Thef. 1. v. 9. & hæc cogitatio te non facit ætomitum: cum in terra mali aliquid sentis, solaris te ipsum cogitando; mala si sint gravia, non esse longa si sint longa, non esse gravia. In inferno non habet locum ejus generis solatium, quia ibi nullum est malum grave, quod æternum non sit: non est, nec esse potest malum æternum, quod non sit grave.

R. P. Pauli Segneri *Adanna Anima.*

Yyy yy

2. Cod.

2. Considera quemadmodum mala presentis vite pura non sunt, ita non posse in eodem homine, quantumvis male constituto, simul omnia colligi, sed quasi dispersa per orbem vagantur, ut inveniatur diverforium, qui uni illorum subjacet, non subjacet alteri, maxime cum eorum multa sint invicem contraria, uti sunt calor & frigus, vigilia, & lethargus, vermes & lepra, quæ naturaliter non possunt conjungi ad idem torquendum corpus. at in Inferno hæc ipsa mala omnia invicem opposita Divinâ virtute conspirabunt ad supplicium damnatorum: ideo pariter dicit hęc Dominus: *Congregabo super eos mala: quia mala, quæ super terram sunt divisa, imò & repugnancia, in inferno vocantur à Deo, ut uno quasi fœdere jungantur. Verum est, hoc loco non dicere Dominum, Convocabo, sed Congregabo, ut constet non agi de quacunque simplici conjunctione, sed oneris, & compressionis. Congregare ut bruchus. Nah. 3. v. 15. & quodnam esse malum potest, quod non inveniatur in baratro, in quo Deus per cuncta secula eorum centrum constituit? Locum tormentorum Luc. 16. v. 28. Unicum, quod ibi restare possit, bonum est ipsum esse. Sed hoc quoque misero vertetur in summum malum, si eò te pettrahi unquam sinas pondere peccatorum, cum longè minus sit malum non esse, quàm esse in tot malis. Quid ages igitur? an curabis ut non sis? sed hoc fieri nequit. Non est illis medicamentum exterminij. Sap. 1. v. 14. necesse est esse, & esse semper malum,*

semper in luctu, semper in captivitate, in potestate futiarum, quocumque habet infernus. hinc dicit Dominus: *Congregabo super eos mala, non contra eos, sed super eos, ut intelligatur totâ aternitate te nunquam fieri posse superiorem malis; semper illis eris inferior: Avellatur de tabernaculo fiducia ejus, & calcet super eum, quod Rex, interitus. Job. 18. v. 4.*

3. Considera, quomodo deum dicat Dominus se completurum in damnatis sagittas suas. *Sagittas meas complebo in eis. Per sagittas suas intelligit hoc loco eas maledictiones, quæ comminando continuo fulminat contra impios per os suorum Predicatorum & Prophetarum, cum hi clamant: Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendentur, quæ clamabat Moyses Deut. 18. v. 17. Quodam iis territi, ideòque compuncti & contriti, subito se demittunt ad precandam veniam: & tum Deus tollit hanc hujusmodi vim, quam habebat, occidendi peccatoribus, & eas vertit in hostes eorum, hoc est, demones, quos eos seduxerunt ad malum. Cum dicitur: *penitudine cordis tui reversus fuerit ad eum &c. omnes maledictiones suas convertet super inimicos tuos, & eis, qui oderunt te, & persequuntur. Deut. 32. v. 7. Alij corde obstinato ejusmodi sagittis non terrentur, imò eas nec in animo nunc contemnunt, nec valent quasi vana terri culamenta, dum arrogantè jactant: Non veniet super nos malum. Jer. 5. v. 12. Contra istos ergo**

exclamat hic Dominus, se denique ostensurum, an eas compleat, & compleat simul omnes, plenè, perfectè. *Et sagittas meas complebo in eis.* septem numerantur sagittæ, quas sancti notant fuisse exoneratas in corpore hominis post peccatum, videlicet fames, sitis, calor, frigus, lassitudo, infirmitas, mors. Istæ sunt sagittæ omnibus communes, quotquot in Adamo peccaverunt, ac in terra non sunt sagittæ completæ, defunt pennæ, obtusus est

mucro, & ideo leviter vulnerant, ac in Inferno ô quàm eadem volabunt omnes plenæ vigore ad feriendum omnem impium. *Inebriabo sagittas meas sanguine.* Deut. 32. v. 41. & ideo Dammati sunt, in quibus propriè dicitur Dominus completurus sagittas suas *Complebo in eis*, quia in his omnem nocendi vim illis tribuet. Er tu, dum peccas, nôsti, locum tibi parari adeò horrendum, & tamen peccare pergis, ac si nihil omnino credas?

XXIX.

Qui timet Deum, nihil negligit. Eccl. 7. v. 19.

1. **C**onsidera vocis hujus *negligere* duplicem esse sensum. Incuriam significat, & contemptum, priore sensu usurpavit Apostolus, cum dixit Timotheo 1. 4. 14. *noli negligere gratiam, que data est tibi.* Posteriore Deus est usus per os ejusdem Apostoli, cum dixit: *Quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.* Heb. 8. v. 9. ab hac voce *negligere* usurpatâ priore sensu, quem diximus, latinè derivatur Verbale *Negligentia*, & ab eadem sumptâ posteriore sensu derivatur *Neglectus*. His ita declaratis vocabulis, quæ eundem faciliè percipis, sed confusè tantum, statim intelligis, quid velit affirmare Sapiens, dum ait: *qui timet Dominum, nihil negligit*: hoc est, nihil non curat vel omittit boni quasi superfluum, & nihil negligit vel contemnit mali, tanquam leve. In hoc gemino

quasi cardine salutis nostræ omnis vertitur perfectio Christiana. unde verò nascitur tot hominum ruina etiam irreparabilis: non aliunde, quàm quòd in eo non satis se firment. Cum igitur tanti momenti sint sequelæ, quæ pendent tum ab executione, tum ab omissione tam nobilis documenti, ejus usum intimè penetrare, penitus cognoscere satage.

2. Considera non dicere sapientem: *Qui timet Deum, nihil boni omittit*, quis enim est adeò sanctus, ut non omittat aliquando facere boni quidpiam ultra id quod plerumque præstare solet? dicit: *Nihil boni negligit*, quia si talis sanctus omittat, ex fragilitate vel debilitate omittit, & non turpi illo vitio, quòd Negligentia vocatur. negligentia illorum est propria, qui non modò non exequantur majus bonum, quòd facere possent,

Yyy yy 2

si vellent, sed nec curant exequi, eo contenti, quod sufficit, ne excidant gratiâ sui Domini. Istud autem ô quantum est malum! quia hoc aliud non est, quàm se reddere indignum iis auxiliis abundantibus, quæ DEUS largiri solet his, quos videt placendi sibi studiosos. at quis nescit hæc, demura auxilia alas esse grandes aquilarum, quibus brevissimo temporis spatio à DEO te certis evahi ad altissimam perfectionem? *Vos ipsi vidistis, quomodo portaverim vos super alas Aquilarum, & Assumpserim mibi.* Exod. 19. v. 4. At ubi ista desunt auxilia, quot continuo sensim pereunt, eorum instar, qui habent equidè reditus, sed ad eò tenues, ut vix sustinendæ vitæ sufficiant. Unde Sapiens alio loco dicit: *Qui negligit viam suam, mortificabitur.* Prov. 19. v. 16. O verbum infaustum! non ait: *Morie-tur*, quia ob istam negligentiam, quam præfers in servitio Divino, non incurris formaliter, ut loquimur, mortem animæ horrendam, seu damnationem; sed ait: *Mortificabitur*, quia, et si formaliter non asserat mortem animæ illa negligentia, ut quæ non semper attingit malitiam noxæ mortiferæ, saltem ad eam incurrendam inclinat ob summam penuriam spiritûs, & auxilii, ad quam redigeris. *Egestatem operata est manus remissa.* Prov. 10. v. 4.

3. Considera, qualis illa sit virtus, quæ dictæ opponenda est negligentia. Diligentia est, quæ ex sensu Sanctorum in tribus consistit. 1. consistit in studio omnium mediolorum, quantumvis mirata sint, quæ possunt nos promptius

provehere ad perfectionem, quam si us pro status nostri conditione expedit. & ejusmodi studium opponitur negligentia Electionis. 2. Consistit in promptitudine executionis mediolorum. & in promptitudine opponitur negligentia Executionis. 3. Consistit in executione mediolorum cum applicatione ad hæc applicatio opponitur negligentia Attentionis. Tu verò quomodo regeris? Examina te ipsum, & videbis sæpissime in aliqua defecere virtute hujus diligentia: ad eò fructuosam in omni. fac igitur, quod obicit Dominus: *De negligentia parvorum paucis.* quia pauci sunt, quibus hæc sit accusare se ipsos in faciem mentis de aliqua ejusmodi negligentia significatim, qualiscunque sit error turpissimè. Ad summum acculebunt se ipsos aliquando verbis generalibus, & nihil planè experimentibus. pauci sunt, qui veram subeat penitudo, pauci, qui veram proponant emendationem. videro, ne attendas, quid multi faciant, hoc fac, quod faciunt pauci. *De negligentia purga te cum paucis.* quia demum pauci quoque sunt, qui salutem consequuntur, & non multi. *Multi sunt vocati pauci verò electi.*

4. Considera non dicere Sapiens *Qui timet DEVM, nihil mali operatur.* quis enim est ad eò sanctus, qui non subinde committat peccatum aliquod saltem veniale? *In multis offendimus omnes.* Jac. 3. v. 2. dicit: *nihil malis negligit*, quia si quis Sanctorum committat peccatum aliquod veniale, id non contemnit, maxime si veniale fuerit

deliberatum, imò de eo summè doler. Ille contemnit, qui intus in corde suo leve reputat, quia veniale. quid? an veniale peccatum leve malum est? miserum te, si in tam stulto errore verferis. Peccatum veniale malorum, quæ sunt, aut possint esse in mundo, maximum est post peccatum lethale. aded, ut vel unum habere peccatum veniale deliberatum, quantumvis solum, majus tibi sit malum, quam si habeas omnem scabiam Universi, omnes plagas, apostemata, febres, podagras, Paralyfes, furias, imò diabulos Inferni simul omnes. hinc est, quòd ad evitanda hæc mala dicere non audeas vel unum mendacium bonæ conscientia, quantumvis joculosum, non facere furtum vel minimū, non fraudem texere exiguam, nec istud duntaxat. sed si præterea ejusmodi peccato veniali modum invenires adducendi ad fidem Christi omnes Judæos, Tartaros, Turcas, Idololatrias, verbo gentes omnes illi rebelles, id facere non possis. neque DEUS ob eam conversionem quidquam tibi deberet, sed pœnâ pleteret aded sensibili & severâ, qualis illa est flammæ piacularis, quæ omnia Mundi hujus superat tormenta. Et tu his insuper habitis audeas contemnere peccatum aliquod veniale deliberatum, & dicere: quid igitur magni est mali? *Qui timet DEUM, nihil negligit.* Verum quippe est peccato veniali ed te non prolabi, ut DEUM graviter offendas, uti sit per lethale, at offendis tamen, ei displices, illum inhonoras. quomodo ergo contemnere tale peccatum potes, si id spe-

des, quod in se est, & dicere intra te ipsum quasi filius degener: modò Pater meus non accipiat à me gravem offensam, satis est mihi? Ad hæc verum est peccatum veniale non esse morbum aded lethalem, qui mortem ipsam afferrat animæ, uti est mortale, quod est morbus consummatus, hoc est, completus, plenus, perfectus, qui in ejus corde vel ipsum vitæ principium extinguat Charitatem: sed est sine dubio talis morbi quoddam initium. Quomodo igitur contemnerè tale peccatum potes, si id spectes, quod est in suis effectibus, instar dementis dicens intra te ipsum, modò peccatum, quod facio, lethale non sit, alterum minime curo. an fortè omnem spernis infirmitatem, quæ lethalis non est: imò caves ab omnibus, quantum potes, quia contemptæ paulatim ed redigere te possunt, ut aliam incurras immedicabilem. Quare igitur solum in casu nostro facere lubet oppositum? *Qui timet DEUM, nihil malè negligit,* tam propter id, quod malum illud in se est, quam quod est in suis effectibus. unde cum audis peccatum veniale dici peccatum leve, ne credas id dici absolute, sed relative tantum, hoc est, comparatione peccati lethalis. ceterum malum illud summum est, quod jam audisti.

5. Considera videri posse aptius fuisse proferendam sententiam, si Sapiens non dixisset: *Qui timet DEUM, nihil negligit, sed qui diligit DEUM.* quia non negligere quidquam boni, tanquam exigui momenti, nec contemnere quidquam mali, tanquam leve, nihil

boni negligere, & nihil mali, videtur potius proprium magnopere amantis Deum, quam timentis duntaxat. sed falleris vehementer. quia quantumvis ex parte verum sit, quod opponis, parte tamen aliâ aptius erat dicere: *Qui timet DEVM*, quam *qui diligit DEVM*. ne quis forte crederet *nihil boni negligere, & nihil mali*, solum pertinere ad eximios quosdam Sanctos, qui amore Dei penitus sunt inflammati. indicare voluit hoc esse debitum etiam eorum omnium, qui aliud assecuti non sunt, quam ut timeant. Est namque res indubitata, ob minuta quoque peccata omissionis vel commissionis solere DEUM irrogare pœnas etiam atroces,

neque pœnas tantum, ut vocant, pœnitivas, quæ consistunt in sola suspensione beneficiorum, sed etiam pœnitentiam, qualis est ardere flammis, deponere feris, & aliâ hujusmodi, quæ in factis paginis recensentur. Itaque si tantum boni negligas, quod posses facere, aut insuper contemnas tantum mali, quale signum hoc est? an quod Deus non ames? parum hoc est. *Signum est, quod neque timeas, nisi per esse. Qui timet DEVM*, quod dicitur: *Quicumque timet, ut diligat, & nihil negligat, hoc est, nihil negligit, & nihil mali. Quicumque negligit, dicamus necesse est, non timet.*

XXX.

S Andreas Apostolus.

Lignum vite est hi, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam. Prov 3 v. 18.

1. Considera Paradisum nostram esse Patriam. Terra, quam nunc incolimus, terra est exilii. quis ergo dubitet eò continuò aspirandum, ubi nostra est hereditas? sed eheu quantum interponitur mare! mare procellosum, mare terribile: quale est vita ista mortalis. Ad trajiciendum ligno sanè est opus. quoniam illo? navis opportuna, quam DEUS hoc sine nobis comodaverat, erat Innocentia, quâ hilares & ludibundi poteramus appellare ad litus, at ista navis contracta est in illo in-

felici naufragio, quod in Adamo fecerunt omnes ejus Posterit fecerunt. & aliud non superest, quam ut quicumque apprehendat pœnitentiam, quæ vocatur altera post naufragium tabula vocata, & talis est Crux Christi. & in quo illa consistit, nisi in patièdo, in mortificando, castigando, & humiliando se ipso, in agenda Persona mœsti Pœnitentis, qui indignum se reputat, ut alio quo fruatur Mundi bono? Crux ista benedicta est Lignum illud, in quo tantum spes nobis superest salutis. Nemo pro-

transire mare huius saculi, nisi Cruce Christi portatus. S. Aug. Tr. 1. in Joan. & ideo ne miretis eam hoc loco vocari Lignum vite, nisi illi fortiter adherereas, non est remedium: necesse est hauriri fluctibus, hoc est, descendere deorsum, ut invenias naufragos, qui abhorrebant à Cruce Christi: Inimicus Crucis Christi, quorum finis interitum. Phil. 2. v. 18.

2. Considera, quàm sit impetuosa contentio, quæ solet accidere in medio Oceani, cum per naufragium fracto navigio aliud non superest miseris vedoribus; quàm ut lignum aliquod amplectantur. O quantopere certant illi infelices, ut obrineantur invicem se propellant! ut protrudunt! ut denique apprehensum lignum stringunt fortiter! quare? solum quia lignum est, quod possit ipsis servare vitam, *Lignum vite*. Felices nimium Christiani, si cõsenserent talem pro ipsis esse Crucem Christi! *Lignum vite est his, qui apprehenderint eam.* O quàm illam potius sibi quisque deposceret, quàm ut relinquere locio! at istam veritatem nemo tatis percipit. Id spectatur, quod caux ipsa in se est, hoc est, *contemptibile lignum.* Sap. 10. v. 4. & ideo quisque eam potius reiicit, quàm procurat. an nescis, quomodo frustum illud ligni, quod ante naufragium non erat in pretio, post naufragium quaratur, rapiatur, & extorqueatur è manibus eujuscunque, eò quòd comparari nullis possit impensis? Talis etiam Crux est, si in se spectetur, lignum est contempti-

bile, sed est lignum nobis à naufragio relictum: quod solum satis erat ad illud nobilitandum. *Evacuatum est scandalum Crucis.* Gal. 5. v. 11. non est amplius tempus eam spectandi in vilitate tua naturali. oportet æstimare pro ratione statûs, in quo versamur, nempe naufragantium, nec solum *prehendere*, sed *apprehendere illam*, id est, quali certatim prensare, tantùm illa valet, quando valet ad vitam servandam, & vitam quidem æternam. *Lignum vite est his, qui apprehenderint eam.* Tu quid facis? an lociis relinquis Crucem, an servas tibi; bene adverte. sicut Crucem habere in pretio signum est salutis præcipuum, ita eam spectare, aut dedignari manifestissimum est perditionis indicium. *Verbum Crucis pereuntibus stultitia est, vis autem, qui salvati sunt, DEI virtus.* 1. Cor. 1. v. 18. Enimverò Crucem habere in pretio, non est eam adorare duntaxat, ut vulgò solent Christiani, non eam prædicare, vel extollere, sed ad finem adstringere. Est quippe lignum vite, sed non nisi amplectantibus. *Lignum vite est his, qui apprehenderint eam, non adorantibus, non colentibus, sed apprehendentibus.*

3. Considera post naufragium non sufficere ad salutem nec quidem apprehendere lignum. necesse est illud fortiter stringere. Unde audis hîc similiter dici de Cruce. *Lignum vite est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam, beatus.* Non est beatus, qui apprehenderit solum, quia, si quis naufragorum apprehendat lignum, dein

dein dimittat, quod non satis habeat animi ad resistendum statibus fluctibusque contrariis, quibus jactatur in mari, necesse est eum perire, quasi non apprehendisset. Beatus est, qui tenuerit: nam iste solus certò enatabit ad ripam. Idem est de Cruce. Quid iuvat, quod non nihil amplexeris crucem magno amore, & dein deseras? fortiter adhære, & à naufragantibus disce, qui animati terrore imminentis periculi, patientur equidem se ferri ab intumescente pelago, agitari, circumferri, sed non ita vinci, ut brachia avellantur à ligno. Idem tibi agendum est: nam hinc denique pendunt omnia. nunquam deerunt Cruces, quia voluit Dominus, ne post luctuolum naufragium totius generis humani, tantæ multitudini semper essent in promptu tabulæ. unde non est eas invenire felicitas, aut tollere, sed fortiter tenere, generosè contemptis procellis circumferentibus. *Abstine mihi gloriari nisi in Cruce Domini nostri IESU Christi.* Gal. 6. v. 14. quid mirum igitur hic dici à Sapiente? *Et qui tenuerit eam, beatus?* o quantum plures sunt illi, qui apprehendunt Crucem, quam qui semper firmiter illam tenent. neque hoc novum est. idem omnino in naufragantium tabulis accidit, unde etiam hic in plurali dici audis: *Lignum vite est his, qui apprehenderint eam.* & subinde mutato numero in singulari subjungi. *Et qui tenuerit eam, beatus.* atque hoc tibi quoque curandum non esto satis, apprehendisse Cru-

cem, quod est multorum: sed curam eam fortiter teneas ad finem usque, quod solent paucissimi. *Christus in fixus sum Cruci.* Gal. 2. v. 19.

4. Considera verba experti in loco primò fuisse dicta in laudanda sapientia Divinæ: sed deinde à sanctis attributa Cruci. nec sine mysterio: quia hodie Sapientia Christiana, si bene consideres, in eo consistit, ut quis amet Crucem Christi. *Nondum discavi me scire aliquid inter eos, qui possunt Christum, & hanc crucem.* Corinth. 2. v. 2. Hinc est, quod quicquid nihil didicit præceptionum perfectionum ad perfectionem, si forte insistat proposito solum sibi prædicandi Crucem, aliis nimirum consequentibus propter DEUM commoveret, delicias, prærogativas, & sibi capessendâ, à quo mundus abhorret, cernendâ sit in Paradiso altissimum quendam Sanctitatis gradum. Atque hoc est utilitas lumina, quam præ alienis naufragantium crux habet, quod licet quantumvis cunctæ sint ligna, non ideo semper tibi afferant salutem, fieri potest, ut, quamcumque fuerint illas stringas, illa te infelicem derant aliquando in plagam aliquam desertam, ubi in terra mors occurrat fortior, quam fuisset in mari. non ita Crux facit. certò illa ad Paradisum provehet. fortiter eam tene, & non dubita: scit illa viam, saltem reponet in portu. *Hinc Crux non complectitur aliquando, & infirmus vultus, hoc est, idiota, rudis, & qui parum no-*

vit eorum, quæ trans mare sunt posita: & qui non videt longè, quo eat, non ab illa recedat, & ipsa illum perducat, ista S. Augustinus loquitur Tr. 2. in Jo. arque ista est ratio, ob quam Crux hodie facta est Sapiencia nostra. En gloriosum Apostolum Andream. non solum ad ejus conspe-

ctum gestiebat, & lætus eam salutabat, cum jubilo, sed etiam summâ cum securitate dicebat. *Redde me Magistro meo, ut per te me suscipiat, qui per te meredemit.* sciebat enim se de Cruce non posse aliud attingere litrus quàm suspiratum.

DECEMBER.

I.

Ante orationem prepara Animam tuam: & noli esse quasi homo, qui tentat DEUM. Eccl. 18. v. 22.

Considera duplicem esse modum tentandi DEUM, unum expressum, alterum Interpretativum. Expressus est, quando homo ex parte sua omittit facere, quod potest, non alio fine, quàm experiendi, quousque processura sit Misericordia, Potentia, vel Scientia Domini in eo adjuvando. Interpretativus est, quando homo ejusmodi experimentum verè pro fine non habet, sed sic agit, quasi re ipsa haberet. Quoposito, rarus omnino est, qui, cum ad orationem se preparare committit, velit experiri, an DEUS nihilominus se ipsi sit communicaturus intendit, uti facit illi, qui se preparat. unde Ecclesiasticus hic non dixit: *Et noli tentare DEUM.* quæ est tentatio expressa. sed non pauci sunt, qui preparare se omittant, quasi sumere velint ejusmodi experimentum. Ideo dixit Ecclesiasticus: *Et noli esse quasi homo, qui tentat DEUM:* quæ est tentatio Interpretativa. & quid aliud agis, cum

absque preparatione ullâ ad orandum Divino conspectui te representas, nisi quod totum te fortunæ committis? at Deus vult, ut ex parte tua facias, qui quid pro virium tenuitate pores etiam in hoc negotio. Ideo non est, quod mireris, si in oratione sis aridus, dissipatus. culpa tua est, quia, cum tu quoque ad eam preparare te possis, prout faciunt boni DEI servi, id tamen facere negligis vel applicationis defectu, vel inertia quadam, & interim credis tamen fore, ut DEUS ostendat tibi vultum illum amabilem, quem alii tanta diligentia & preparationis impendio obtinent. an non istud genus est presumptionis plusquam ordinaria? imò defectus est religionis patet & reverentia, quia si Principi sit loquendum, bene prius expendis, quid dicere oporteat, quanto magis id faciendum esset, cum DEO loqui cogitas? *Ne temere quid loquaris coram DEO.* Eccl. 5. v. 1.

R. P. Pauli Segneri *Manna Anima*

Zzz zz

2. Co. 1